COMMENTATIONIS
DE
ALEXANDRI M. RERUM SCRIPTORIBUS
PARTICULA.


QUAM
UNA CUM SENTENTIIS CONTROVERSIS
AUCTORITATE
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
AD
SUMMOS IN PHILOSOPHIA
HONORES
RITE OBTINENDOS
D. XI. MART. H. X.
PUBLICE DEFENDET

SAMUELIS ROBERTUS GEIER
NEBRANUS
SEMINARII REG. PHILOL. ET PAED. ITEMQUE SOCIETATIS
HISTORICAE SODALIS.

ADVERSARII ERUNT:

CAROL. HASSE, } PHILOSOPHIAE DOCTORES.
LEOP. KRAHNER, }
ROB. UNGER, SEM. REG. PHILOL. NUPER SENIOR ET SOCIETATIS
HISTORICAE SODALIS.

HALIS
TYPIS EXPRESSUM PLOETZIANIS
MDCCCXXXV.


HARVARD COLLEGE
APR 21 1893
LIBRARY

Quae ad summos in philosophia honores impetrandos Amplissimo Philosophorum Ordini a nobis tradita est commentatio „de aequalibus Alexandri M. rerum scriptoribus" quum duplex sequeretur consilium erat bipartita. Juvenile enim ingenium et vires qualescunque in ea quaestione exercituri, ex qua tum ad litterarum Graecarum historiam tum ad Alexandrum vere cognoscendum et iudicandum aliquid emolumenti posset redundare, altera parte vitam et scripta illorum sciptorum tractavimus, altera in consilium inquisivimus, quod spectaverint in Alexandri rebus narrandis et existimandis. Neutram autem quaestionem aggressi sumus, nisi postquam singula eorum fragmenta diligenter collecta et examinata habuimus. Cuius quidem commentationis, quam addita fragmentorum collectione et interpretatione propediem, si Deus voluerit, in publicum usum sumus edituri, eam nunc particulam

proposuimus, qua, ne hic libellus quamvis arctissimis finibus circumscriptus omni omnino ordine ac ratione esset destitutus, de quattuor virorum vita et scriptis egimus, quorum tres praecipui Arriani historiarum quasi fontes habendi sunt, quartus vero ab eo certe non ignoratus, propter singularem viam, quam in commentariis scribendis ingressus est, hoc loco non praetermittendus videbatur.

Ceterum hoc exiguum iuvenilium studiorum specimen quorum in manus perveniet ut aequi bonique consulant etiam atque etiam rogatos volo. Si quis vero miretur, idem fere nos stadium ingressos esse, quod paucis ante lustris doctissimus Gallus non sine magna laude iam emensus videatur, is meminerit, Santo-Crucium ipso ampliore celeberrimi Examinis Critici argumento et consilio, quo minus scriptoribus a nobis tractatis singularem operam impenderet, haud sine magno egregii operis detrimento esse impeditum.

Scripsi Halis Cal. Mart. MDCCCXXXV.

Cap. I.

De scriptoribus Alexandro M. aequalibus in universum quaedam annotantur.

Omnibus viris magnis, quotquot vel ingenii vi vel rerum gestarum novitate et pondere tantum valuerunt, ut plurimorum populorum sortes per multa saecula iis muterentur et regerentur, illud videmus usu venisse, ut aequales sive magnarum et novarum rerum splendore obcaecati nimiaque admiratione abrepti, sive partium studiis rerumque praesentium commodis et damnis ducti in eorum existimatione et iudicio faciendo longissime plerumque animos a vero flecti paterentur. Alexandri autem rerum series vix duorum lustrorum spatio coarctata nemini profecto non praeter consuetudinem facta et mira vel hodie videbitur. Atqui eae res sub oculis populi patrabantur sponte iam propter ingenii alacritatem ad miraculorum et fabularum fictionem propensi atque iis in terris fiebant, quarum memoria antiquitus iam poëticis fabulis decora Graecorum animis inhaerebat; dein contra barbaros gerebantur, qui superbe olim a Graecis non solum aquam et humum servitutis signa poposcerant, sed deorum templa et sacra impiis ac sacrilegis manibus violaverant; dux vero et auctor harum rerum erat iuvenis, qui celeberrimorum inter Graecos heroum et genus iactabat et virtutes toto animi fervore aemulabatur, ceterum altiora moliebatur et agebat, quam quae plurimorum Graecorum opinionibus essent consentanea; scripto-

res denique, qui primum eas res memoriae prodiderunt maximam partem Graeci et Alexandri comites ea aetate florebant, qua ars historica a viribus et sano colore ad rhetoricum fucum fabularumque captationem turpiter degeneraverat.

Haec probe tenenda sunt ad historicos recte iudicandos, qui Alexandro aequales eius res commentariis consignarunt. Quorum omnium si quaeris, qui primae boni historici legi satisfecerint: „ne quid falsi dicere audeat: deinde ne quid veri non audeat, ne qua suspicio gratiae sit in scribendo, ne qua simultatis [1]): Arrianus [2]) quidem unos appellat Ptolemaeum et Aristobulum. Quodsi verissime Pellaeus iuvenis, quum in Sigeo ad Achillis tumulum adstitisset, fortunatum heroem praedicavit, qui suae virtutis Homerum praeconem invenisset [3]): nos quidem haud mediocriter dolemus, quod ne eorum quidem scriptorum, quos solos veraces certe rerum suarum narratores alter Achilles nactus est, integri commentarii ad tempora nostra pervenerunt. Quamvis enim feliciter contigerit, ut Arrianus, vir sani et exacti iudicii, in Expeditione Alexandri conscribenda prae ceteris duos illos scriptores sequeretur, neutiquam tamen horum commentariorum iactura Arriani libro superstite usquequaque potest compensari. Namque ad integram et sinceram Alexandri M. imaginem animis imprimendam quum omnium maxime quae aequalium de eo fuerint opiniones et iudicia cognita habeamus oporteat: Arrianus in singularibus quibusdam rebus Ptolemaeo et Aristobulo imprimis adstipulatus non poterat tamen, quin in universum non ex eorum sed ex sua ipsius opinione magni regis imaginem adumbraret. Ceterum Arrianus utcunque laudandus, quod inter omnes Alexandri rerum auctores Ptolemaei et Aristobuli auctoritati longe plurimum tribuit, minus tamen quam par erat reliquorum scriptorum Alexandro aequalium narrationes videtur curasse et usurpasse. Uno enim Nearcho excepto,

1) Cf. Cic. de orat. II. c. 15. §. 62. — 2) Praef. Exp. Alex. — 3) Cf. Arr. Exp. Alex. I. c. 12. §. 3. sqq. —

quem et in Alexandri Expeditione allegavit [1]) et in Historia Indica praecipue sequutus est [2]), reliquos omnes hos auctores ita sprevit, ut ne uno quidem loco eos excitaret [3]). Aliter Plutarchus et Strabo egerunt, qui data occasione ad omnes fere hos scriptores provocarunt [4]), quippe qui bene sentirent, dummodo caute et prudenter iis utaris, praeclara hinc ad pleniorem ac veriorem Alexandri rerum notitiam comparandam depromi posse. Veluti Strabo (T. VI. p. 61. Tzsch.) quamquam lepide Onesicritum τῶν παραδόξων μᾶλλον ἢ Ἀλεξάνδρου ἀρχικυβερνήτην appellavit atque de reliquis id genus Alexandri rerum auctoribus in universum sic iudicavit: πάντες μὲν γὰρ οἱ περὶ Ἀλέξανδρον τὸ θαυμαστὸν ἀντὶ τἀληθοῦς ἀπεδέχοντο μᾶλλον· ὑπερβάλλεσθαι δὲ δοκεῖ τοὺς τοσούτους ἐκεῖνος (Ὀνησίκριτος) τῇ τερατολογίᾳ, sapienter addit: λέγειν δ᾽ οὖν τινα καὶ πιθανὰ καὶ μνήμης ἄξια, ὥστε καὶ ἀπιστοῦντα μὴ παρελθεῖν αὐτά. Quam multa autem apud hos scriptores vera falsis, praeclara ineptis immixta fuerint, ex ipsis eorum fragmentis optime evincitur. Quid multa? Certissimum est, ne mendacissimi quidem historici Alexandro aequalis commentarios deperditos ullo sequioris aetatis scriptore prorsus reparari. Ad singulorum vero horum auctorum pretium vere iudicandum et aestimandum primum eorum vitam necesse est quam accuratissime habeas compertam, unde videas, quatenus illi et potuerint et voluerint vera tradere. Etenim cum in unoquoque artium et litterarum opere de auctore quaerere operae pretium est, tum ad historicorum libros recte intelligendos et iudicandos hac quaestione minime possis supersedere, praesertim qui non remotiorum temporum et populorum, sed suae gentis et aetatis res tractaverunt. In historicis vero, qui Alexandro M. ae-

1) Exp. Alex. VI. 13. §. 10. VII. 3. §. 8. — 2) Cf. Exp. Alex. V. 3. Hist. Ind. c. XVII. — 3) Quod enim Callisthenis et Onesicriti interdum mentionem fecit (cf. Exp. Alex. IV. c. 10. sqq. VI. 2. §. 6.), hoc non tam ad scripta quam vitam et mores eorum pertinet. — 4) Cf. Heeren. de fontt. et auct. vitt. parall. Plut. p. 65. et Siebenk. praef. Strab. p. XVII. sqq.

quales eius res gestas conscripserunt, accedit etiam illud quod plerique rerum narratarum ipsi pars fuerunt. Namque praeterquam quod regem comitabantur, plurimi eorum vel ducum munere vel alio ministerio apud regem fungebantur. In horum numero habendi sunt: Ptolemaeus, Aristobulus, Onesicritus, Nearchus, Chares, Marsyas, Ephippus, Eumenes et Diodotus, Baeto et Diognetus, qui omnes ab initio a scribendi consilio remoti postea variis de causis, imprimis vero propter rerum quibus ipsi intererant magnitudinem et splendorem, ad eas narrandas sese converterunt. Qui vero scriptorum munus ab initio professi, Alexandri quoque res singularibus libris persequuti sunt, tres tantum fuerunt philosophi: Callisthenes, Clitarchus, Anaximenes [1]). —

Neque placet, si qui Hieronymum quoque Cardianum in hunc numerum retulerunt. Auctor huius opinionis est J. G. Vossius, qui (de hist. gr. I. c. 11.) haec annotavit: „Huius Cardiani non ignobile inter historicos nomen est. Scripsit autem de rebus gestis Alexandri, quemadmodum est apud Suidam." — Suidae verba (v. Ἱερώνυμος Καρδιανός) sunt haecce: Ἱερώνυμος Καρδιανός· ὃς τὰ ἐπ' Ἀλεξανδρείᾳ πραχθέντα συνέγραψεν. — Verba: τὰ ἐπ' Ἀλεξανδρείᾳ Vossius mutanda censet in: τὰ ἐπ' Ἀλεξάνδρου [2]). Deinde vir doctus sic pergit: „Itaque hunc Hieronymum intelligi puto ab Appiano in Mithridaticis (c. VIII. V. I. p. 651 Schweigh.), ubi postquam de rebus Bithyniae egisset ad Cappadocas accedit, atque ex Hieronymo refert Alexandrum quum adversus Darium proficisceretur has gentes reliquisse intactas, ingressumque aliam viam maritimam per Pamphyliam et Ciliciam." Haec Vossius. Cuius in sententiam pedibus iverunt Fabricius (Bibl. Gr. V. III. p. 43. Harl.) et Mannertus (Hist. Success. Alex. p. 357.). Santo-Crucius (Exam. Crit. p. 40.), qui est eius

1) Quare oratorie potius quam vere Cicero (pro Arch. c. 10.) exclamavit: „*Quam multos scriptores rerum suarum magnus ille Alexander secum habuisse traditur!*" — 2) Quae verba etiam in

mos in rebus dubiis, ambigue sic statuit: „On ne peut douter, que Jérôme n'eut écrit beaucoup des choses concernant Alexandre, s'il n'en avait pas composé la vie particuliére." — Unus Sevinus abbas (Act. Acad. Paris. T. XIX. p. 44. sqq.) Vossio refragatus in Suidae loco non τὰ ἐπ' Ἀλεξάνδρου sed τὰ ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ legendum [1]), neque historiam Alexandri sed celeberrimam historiam rerum post Alexandrum gestarum, omnium consensu ab Hieronymo conscriptam, hoc quoque loco intelligendam censet. Quam sententiam nuperrime demum impugnavit acerrimus Sevini adversarius F. G. Kiesslingius in commentatione, quam de Menaechmo Sicyonio et Hieronymo Cardiano scripsit (p. 25.), ubi Vossii coniectura comprobata haec addit: „Sevinus mavult Ἀλεξάνδρῳ minus recte. Nam Suidas si intelligi voluisset historiam successorum Alexandri, usus esset consueto dicendi genere: ὃς τὰς τῶν διαδόχων ἱστορίας συνέγραψε, atque omnino magis consentaneum videtur, a lexicographo commemorari primam operis partem quam mediam." At vero quamquam in universum nobis quoque Sevini vehementer displicuit commentatio, lubenterque concedimus, abbatis istius errores et allucinationes felicissime plerumque a Kiesslingio esse refutatas: hoc tamen loco Sevinus multo propius quam Kiesslingius ad veritatem accessisse censendus est. Namque etsi ne Sevini quidem coniectura nobis satisfacit, verissime tamen ille vidit, Suidae verbis non historiae Alexandri ab Hieronymo conscriptae sed celeberrimi eius operis de Alexandri successoribus editi mentionem delitescere. Etenim misso tantisper Suidae loco videamus reliquorum veterum scriptorum de Hieronymo Alexandri historiae auctore testimonia. Verum enim vero quum Hieronymum τὸν τὰς τῶν διαδόχων ἱστορίας γεγραφότα unusquisque optime norit [2]), eiusdem Hieronymi Alexandri rerum scriptoris

---

1) Haud scio an Leopardo magistro, qui eandem coniecturam iam dudum proposuit. — 2) Cf. Paus. Attic. IX. 9. sqq. Lucian. Macrob. 11. §. 13. Diod. XVIII. c. 42. Heynius de fontt. hist. Diod. comment. III. —

ne verbo quidem mentio facta est. Prae ceteris autem, siquidem Hieronymus singularem de Alexandri rebus librum conscripsisset, mirum omnino Plutarchi silentium videretur. Quid enim? Num credibile est, Plutarchum, quem in Eumenis, Pyrrhi, Demetrii vitis Hieronymi libros saepissime et allegasse et plurima ex iis hausisse scimus, [1]) in vita Alexandri, ubi omnes fere aequales eius rerum scriptores excitavit, Hieronymum ne obiter quidem inter eos memoraturum fuisse, siquidem idem argumentum ab eo tractatum erat? Haec omnia profecto haud mediocrem de Suidae auctoritate dubitationem moverent, etiamsi luculentissimis et certissimis verbis apud eum annotatum legeretur, ab Hieronymo Cardiano singularem librum de Alexandri rebus gestis esse concinnatum. Nunc vero non luculenta ac certa extant Suidae verba, sed locum habemus haud dubie corruptum, eumque ita comparatum, ut celeberrimum Hieronymi opus de Alexandri successoribus scriptum haud maiore litterarum mutatione hinc eruere possis, quam Alexandri rerum historiam, nimirum quam omnes veteres scriptores ignorant [2]). — Quod vero Kiesslingius contra hanc sententiam annotavit, magis sibi consentaneum videri, a lexicographo commemorari primam operis partem quam mediam, prorsus nihili est. Namque ut taceamus, quam primam dicit Kiesslingius Hieronymi operis partem, ne aliquam quidem fuisse eius

---

1) Cf. Heeren. de fontt. et auct. vitt. parall. Plut. p. 70. 72. 74. — 2) Negavimus Leopardi et Sevini coniecturam: *τὰ ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ πραχθέντα* prorsus nobis satisfecisse. Vix enim credibile videtur, *τὰ ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ* scripsisse qui *τὰ μετ' Ἀλέξανδρον* significare voluerit. Quod vero Lexicographus non consueto dicendi genere hoc loco usus est, nonne fortasse hoc eo referendum, quod non solum *τὰς τῶν διαδόχων ἱστορίας* sed etiam *τὴν περὶ ἐπιγόνων πραγματείαν*, quam ab eodem Hieronymo scriptam scimus (cf. Kiessl. l. c.), brevissime una dictione *τῶν ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ πραχθέντων* comprehendere voluit? — Quid quod ipse sonus vocabulorum: *ἐπιγόνων πραγματείας* huc valere poterat. Utcunque est, illud profecto nemo nobis persuadebit, hunc Suidae locum eorum opinioni calculum adiicere, qui Hieronymum Alexandri rerum scriptoribus putant esse adnumerandum. —

librorum particulam: nonne multo magis decebat lexicographum, clarissimum Hieronymi librum de rebus post Alexandrum gestis hoc loco appellare, quam eum, quem nemini veterum scriptorum ne innotuisse quidem scimus? Denique quod ad Appiani locum attinet, perquam sane miratus sum, eum et a Vossio et a Kiesslingio inter suae opinionis testimonia relatum esse. Namque quod obiter Appianus hoc loco ex Hieronymo attulit, Alexandrum, quum adversus Darium proficisceretur, Cappadocas intactos reliquisse et per Pamphyliam et Ciliciam exercitum duxisse: haec narratio num ex singulari Hieronymi libro de Alexandri rebus conscripto erat haurienda? Nonne innumeris potius locis historiarum, quibus res post Alexandrum gestas tractaverat, huic potissimum scriptori huius et similium rerum memorandarum opportunitas affatim erat suppeditata? — Quare ut summam efficiamus huius deverticuli, etsi dubitari nequit, quin haud paucis locis celeberrimi operis de Alexandri successoribus conscripti res memoratu dignas ex ipsa magni regis historia Hieronymus data occasione attigerit: vehementer tamen falluntur, qui singulari libro Alexandri eum res opinentur esse persequutum.

Misso igitur Hieronymo Cardiano si inter se comparaveris quos supra appellavimus aequales Alexandri rerum scriptores, alii integram magni regis historiam commentariis consignare susceperunt, alii singulares tantum particulas ex eius vel vita privata vel rebus gestis narraverunt. In illorum numerum referendi sunt: Callisthenes, Clitarchus, Anaximenes, Onesicritus, Ptolemaeus et Aristobulus; hi fuerunt: Nearchus, Chares, Marsyas, Ephippus, Eumenes et Diodotus, Baeto et Diognetus. Deinde tres philosophi: Callisthenes, Clitarchus, Anaximenes a reliquis scriptoribus vel ducibus vel ministris regis probe sunt discernendi. Hi enim omnes quum simplicem magis et incultam quam elegantem et quaesitam scribendi rationem usurpasse videantur: triumviri isti, rhetoricis suae aetatis artibus egregie exercitati, in splendido ac magnifico sermonis tumore ac nitore summam laudem ponebant

Quodsi in historiis quibuscunque conscribendis nulla re magis quam hoc rhetorici tumoris ac nitoris studio officitur exactae et integrae narrationum veritati, sine qua, ut Polybius (XIII. c. 7.) ait, καθάπερ ἐμψύχου σώματος τῶν ὄψεων ἐξαιρεθεισῶν ἀχρειοῦται τὸ ὅλον, quid mirum, quod hi scriptores, qui eum rhetoricarum artium campum elegerant, qui sua sponte iam largam ac paene infinitam fabularum materiem suppeditabat, sicut in amplo palaestrae spatio ita versabantur, ut priscam historicorum fidem et gravitatem prorsus exuerent? Etenim in vitam et scripta horum auctorum accuratius inquirentibus facile apparebit, Alexandri M. adulationem, quam unicam vulgo veritatis neglectae causam iactant, multo minoris momenti fuisse quam et rhetoricum illud studium, ad quod tota haec aetas mirum in modum propensa esset, et ipsam Alexandri rerum eximiam magnitudinem ac novitatem, quae ut fit etiam invitis magniloquentiam saepe extorqueret. Atque horum potissimum rhetoricorum scriptorum culpa factum est, ut omnium utique qui Alexandri res prodiderunt exaggeratio et mala fides iam antiquitus infamaretur.[1]) Reliqui enim uno Onesicrito excepto, de quo pluribus mox disseretur, omnes rhetoribus istis longe veraciores, plures etiam fide dignissimi fuerunt.

Cap. II.

Ptolemaeus Lagida.

Ex iis, quos postremo loco diximus, Alexandri rerum scriptoribus longe gravissimus est Ptolemaeus Lagida, non solum historicus fide dignissimus, sed etiam rex celeberrimus et auctor gentis de toto orbe litterato optime meritae. Quare nefas profecto videtur, quod eius vita a

1) Praeter Arr. Exp. Alex. Praef. et I. c. 12. VI. c. 11. § 5. sq. Hist. Ind. II. et V. Schmied. ad h. l. cf. Strab. T. I. p. 188. VI. 589. 61. 3. sq. 145. Siebenk. Praef. p. XVII.

nemine virorum doctorum data opera tractata turpibus oblivionis et obscuritatis tenebris hodieque delitescit. Verum enim vero totam huius viri vitam exponere et enarrare, quum ab hoc loco alienum sit, alibi huic officio erga Lagidarum gentis clarissimae clarum auctorem conabimur satisfacere, hic vero ea duntaxat attigimus, quae ad Ptolemaeum Alexandri rerum scriptorem propius spectare videbantur. —

Arrianus (praef. Exp. Alex.) duas potissimum rationes attulit, quibus commotus Ptolemaeum ex omnibus Alexandri rerum auctoribus fide dignissimum censuerit: alteram, quod rex fuerit, in quo turpius quam in quocunque alio mendacium videretur; alteram, quod mortuo iam Alexandro eius res conscripserit, quum commentorum neque necessitas neque praemium propositum esset. Quodsi in cuiusque scriptoris fide examinanda primum quaerendum est, ille num et potuerit et voluerit vera posteris tradere: utraque profecto virtus in neminem magis quam Ptolemaeum convenit. Namque si bellator belli, socius socii, amicus amici res optime cognitas habere consentaneum est: quis Ptolemaeum negaverit Alexandri res gestas vere narrare potuisse? Deinde si invidia, odium, adulatio vera scribendi voluntati maxime refragantur: quid ab his vitiis Ptolemaeo alienius fuit? Arrianus igitur tametsi in universum bonae regum fidei nimium ponderis tribuere videtur, in Ptolemaei regis fide iudicanda haudquaquam fallitur, et iniuste Santo-Crucius (Exam. Crit. p. 44.) sic in eum invehitur: „Les rois sont-ils donc exempts de prejugés? L'amour et la haine n'agitent ils pas leur coeur, et l'orgueil ne dirige-t-il pas souvent leur plume? Ptolemée avait eu de rivaux et des ennemis, et il fallait en parler. Alexandre était mort, mais il lui importait de ne pas affaiblir la gloire de cet conquérant: aussi parâit-il l'avoir beaucoup menagée.“ Ut enim concedamus, Ptolemaeo Alexandri amico aemulos et adversarios non defuisse, quamquam neminem inter regis amicos magis quam Lagidam

gratia et amicitia apud omnes scimus floruisse: [1]) quis invidiam et odium in humano, generoso iamque defaecato senis animo [2]) tantum opinabitur effecisse, ut rerum narrandarum sinceritatem et integritatem turbarent atque inverterent? — Neque eius commentariorum fragmenta apud Arrianum maxime conservata lenissimum quidem eius rei indicium exhibent. Minus confidenter illud negare ausim, Ptolemaeum nimis etiamtum Alexandri amore et admiratione inflammatum eius virtutes et facinora invitum fortasse, ut fere fit, magis interdum quam par erat ornasse et concelebrasse, quamquam ne eius quidem rei certa in fragmentis reperiuntur vestigia. Namque bene cavendum est, ne fragmentum, quod legitur ap. Arr. Exp. Alex. III. c. 3. §. 10. huc referendum opineris. Ibi enim Ptolemaeus in describendo itinere Alexandri ad Ammonium facto narrat, *δράκοντας δύο ἰέναι πρὸ τοῦ στρατεύματος, φωνὴν ἱέντας, καὶ τούτοις Ἀλέξανδρον κελεῦσαι ἕπεσθαι τοὺς ἡγεμόνας, πιστεύσαντας τῷ θείῳ, τοὺς δὲ ἡγήσασθαι τὴν ὁδὸν τήν τε ἐς τὸ μαντεῖον καὶ ὀπίσω αὖθις.* Quo quidem loco Ptolemaeus eo adulationis progressus videtur, ut ne miraculorum quidem narratione

1) cf. Curt. IX, c. 8: „Idem (Ptolemaeus) corporis custos promptissimusque bellator et pacis artibus quam militiae maior et clarior, modico civilique cultu, liberalis imprimis, aditnque facilis, nihil ex fastu regio assumpserat. Ob haec regi an popularibus carior esset, dubitari poterat."

2) Polybio (II, c. 41. §. 71.) teste Ptolemaeus mortuus est Ol. 124, 1. (284. a. C.) Atqui ex Luciano (Macrob. §. 12.) constat, eum octoginta quattuor annos vixisse. Ergo natus est Ol. 103, 1. (368. a. C.) Iam vero ex Arr. Praef. Exp. Alex. docemur, Ptolemaeum mortuo iam Alexandro et eo quidem tempore commentarios suos conscripsisse, quum Aegypti iam rex esset. Regis autem nomen ille accepit circa Ol. 118, 3. (306. a. C.), qua de re cf. Diod. XX. c. 53. App. Syr. c. 54. Plut. Demetr. c. 18. Justin. XV. c. 2.). Quietam vero et ab externis hostibus tutam regni possessionem post Antigoni demum cladem et interitum pugna Ipsensi (Ol. 119, 4. 301. a. Chr.) nactus est. Unde colligitur, Lagidam Alexandri rerum historiam non ante septuagesimum aetatis annum conscripsisse. — Calculo lapsus est Stahrius Aristotel. P. II. p. 60, ann. 3., qui Lagidam anno 376. a. Chr. natum et circa Ol. 109, 2. (343. a. Chr.) trigesimum aetatis annum egisse posuit. —

abstineret. Quod enim Schmiederus (ad Arr. l. c.) ait haud incredibile esse, „etiam serpentes in desertis arenosis, si fugae se mandent, cultiora loca ubi nidificent petere:“ vereor ut Judaeo Apellae persuadeat, Alexandri exercitum duobus anguibus vociferantibus et ad Ammonium ductum esse et in Aegyptum iisdem ducibus rediisse. Quid multa? Miraculum hic narrari certissimum est. Quaeritur tantum, quomodo factum sit, ut Ptolemaeus alioquin ab eiusmodi fabulis alienissimus hoc potissimum loco tali narratiunculae locum daret. Eius rei causam non est difficile coniectura assequi. Etenim Diodori (XX. c. 100) et Pausaniae (Attic. VIII.) testimoniis constat, Rhodios, ubi Lagidae auxilio a molestissima Demetrii Poliorcetae obsidione liberati essent, gratos huic regi animos significaturos missis legatis Ammonem deum consuluisse, an divinis honoribus Ptolemaeum patriae servatorem (Σωτῆρα) venerari fas esset. Quod quum lubenter oraculum Rhodiis annuisset, quid mirum, quod Ptolemaeus tanto munere deo obstrictus in Alexandri itinere ad eundem deum describendo bene cavebat, ne vera narratione pervulgata, quod Ammon pater Alexandro filio olim praestitisse credebatur divini auxilii miraculum, in dubitationem vocare videretur. Quare ista Ptolemaei narratiuncula non tam ad Alexandri quam Ammonis dei adulationem quandam est referenda. Ut igitur Ptolemaeus hoc loco a solito veritatis tramite paululum deflexerit: causa huius erroris quum ita singularis fuerit, ut alii errores vix inde manare potuerint: veniam Lagida facile ab unoquoque impetrabit, praesertim si memineris, Ptolemaeo novo Aegypti regi huius dei gratia quanti fuerit aestimanda. Neque talis error impedit, quominus Mattero, erudito Franco Gallo, assentiamur qui quamvis in universum propter insignem, qua Lagidae res tractavit, levitatem notandus est, tamen de opere eius historico verissime ita iudicavit: [1) „La relation des conquêtes d'Alexandre, que publia Pto-

1) Essai historique sur l'école d'Alexandrie. P. II. p. 68.

lémée Soter, fut un modéle d'exactitude et d'impartialité. On n'adressa jamais à cet ouvrage le blâme d'exagération." Neque improbabile est, quod idem vir doctus coniicit, Eratosthenem postea his Lagidae potissimum commentariis usum esse ad reliquorum auctorum, qui Alexandri res scriptis persequuti essent, errores et commenta confutanda. [1]) Quod vero ad ipsum horum commentariorum argumentum attinet, confidentissime idem Matterus (l. c. I. p. 61. cf. II. p. 69.) haec annotavit: „D'autres anciens (praeter Arrianum) citent également avec éloge la relation du Lagide, et rapportent qu'il s'était surtout attaché à l'exposition des faits militaires. Nos héros doivent donc regretter un ouvrage, qu'ils placeraient à côté des Commentaires de César, tout comme nos historiens voient avec douleur que l'exemple de Ptolémée ait été perdu pour ses savans." — Ex veteribus his scriptoribus, qui Ptolemaei commentarios excitent, Matterus appellavit Plinium (in Elench. lib. XII. et XIII.), Plutarchum (in Vit. Alex. c. XLVI.), Curtium (IX. c. 5.). His addendi erant: Strabo (T. II, p. 366.) Stephanus Byzantius (v. Ἀγχιάλη) Plutarchus (de Fort. Alex. or. I. p. 327. E). At vero omnes hi scriptores tam leviter eius libri mentionem iniecerunt, ut ad eius argumentum accuratius cognoscendum nihil fere hinc redundet emolumenti, ac ne unus quidem eorum, id quod Matterus dixit, Ptolemaei haud secus quam Caesaris commentariis unice res militares tractatas esse, verbo indicavit. Neque vero hanc Matteri coniecturam ab omni dixerim veritatis specie abhorrere, dummodo ne quis opinetur, rerum militarium in his commentariis ita praevaluisse expositionem, ut reliqua Alexandri historia prorsus neglecta iaceret. Ex fragmentis apud Arrianum conservatis horum librorum ita potius descripserim argumentum, ut regem scriptorem quae ad regias Alexandri et bellicas virtutes propius spectarent singulari cum diligentia et studio persequutum, geographicis aliisque id genus rebus secundariis minus indulsisse censeam. Namque

1) cf. Santo — Cruc. Exam. crit. p. 32.

quum alios Alexandri rerum scriptores multos fuisse sciamus in Indicis rebus adumbrandis, Ptolemaeus earum narratione usquequaque videtur supersedisse, quandoquidem, ut alios auctores taceam, ne Arrianus quidem in Historia Indica de talibus rebus ullo loco ad Ptolemaei auctoritatem provocavit. Quid quod idem scriptor (Exp. Alex. V. c. 20. §. 14.) luculenter docuit, ὅτι Ἀκεσίνου ποταμοῦ τὸ μέγεθος μόνου τῶν Ἰνδῶν ποταμῶν Πτολεμαῖος ὁ Λάγου ἀνέγραψεν. Quodsi ne fluviorum quidem descriptioni Ptolemaeus locum dedit, multo minus est credibile alias res geographicas ab eo esse adumbratas. —

De Ptolemaei scribendi genere quum omnibus veterum testimoniis destituti simus nihil certi statuere licet. Illud quidem non est consentaneum horride et inculte eum scripsisse, quem „pacis artibus quam militiae maiorem etiam et clariorem“ fuisse sciamus. Accedit quod et Demetrii Phalerei et aliorum virorum non minus dicendi facultate quam doctrinae copia insignium ipsum regem iam senescentem constat interfuisse scholis ac disputationibus.[1]) A fucato autem Anaximenis, Callisthenis, Clitarchi, tumore longissime Ptolemaeum abhorruisse et fragmenta spondent et veterum scriptorum silentium innuit, qui nunquam in eo tale quid reprehenderunt. Haud temere igitur aliquatenus certe ad Lagidam referre licet ista Polybii (XII. c. 28): „Ὁ μὲν οὖν Πλάτων φησὶ, τότε τἀνθρώπεια καλῶς ἕξειν ὅταν ἢ οἱ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν, ἢ οἱ βασιλεῖς φιλοσοφήσωσιν. Κἀγὼ δ' ἂν εἴποιμι, διότι τὰ τῆς ἱστορίας ἕξει τότε καλῶς, ὅταν ἢ οἱ πραγματικοὶ τῶν ἀνδρῶν γράφειν ἐπιχειρήσωσιν — ἢ οἱ γράφειν ἐπιβαλλόμενοι τὴν ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων ἕξιν ἀναγκαίαν ἡγήσωνται πρὸς τὴν ἱστορίαν. —

1) De Demetrio Phalereo cf. Diod. XX. c. 42. Plut. Demetr. c. IX. Apopht. p. 189. Ael. V. H. III. 17. Diog. Laert. V. 65. Stahr. Aristot. II. p. 57. Praeterea Zenodotum (cf. Suid. s. h. v.) Theodorum Atheum (Diog. Laert. II. §. 102. Plut. de Exil. c. 16. Cic. Tusc. I. c. 43. V. c. 40.) Diodorum Cronum et Stilponem (Diog. Laert. II. §. 111.) Stratonemque Lampsacenum (Diog. Laert. V. §. 3. init.) Lagidae iam aetate Alexandriae degisse scimus.

Tanto maiorem omnium, quibus antiquitas cordi est, expectationem olim fefellit Seb. Godofr. Starckius, qui Ptolemaei librum adhuc superesse opinatus eius edendi spem fecerat, quum, quod iam ab initio haud temere multi veriti erant, thesaurum illum carbones esse appareret. [1]) Ceterum epistolae quoque Ptolemaei Lagidae ad Seleucum aliosque huius aetatis reges videntur extitisse. Namque apud Lucianum (Pro Laps. in salut. §. 10.) Dionysodorus quidam, de quo nihil praeterea constat, earum collectionem fecisse traditur. —

Cap. III.

Aristobulus Cassandrensis.

Alter historicus, quem Arrianus ut fide dignissimum prae ceteris sequutus est, erat Aristobulus, Aristobuli filius. [2]) Alexandri M. sese comitem fuisse ipse professus est in fragm. ap. Strab. T. VI. p. 29. — 32., ubi de nivibus ac pluviis Indiae agens ille narrat, in itinere quod una cum Alexandro hanc in terram fecerit haec omnia a semet ipso probe esse observata. [3]) Idem Strabo (l. c. p. 36. — 37.) ubi ex Aristobuli testimonio intermediam Indiae regionem terrae motibus haud raro concuti probavit, quippe quae nimia humiditate laxata facile ita rumpatur, ut etiam fluminum alvei commutentur, haec addit: πεμφθεὶς γοῦν ἐπί τινα χρείαν ἰδεῖν φησιν (ὁ Ἀριστόβουλος) ἐρημωθεῖσαν χώραν πλειόνων ἢ χιλίων πόλεων σὺν κώμαις, ἐκλιπόντος τοῦ Ἰνδοῦ τὸ οἰκεῖον ῥεῖθρον sqq. Unde docemur Aristobulum non solum comitem fuisse Alexandri sed ad varia etiam negotia exsequenda a

1) cf. Fabric. Bibl. Gr. Vol. III. p. 50. Harl. — 2) cf. Arr. Praef. Exp. Alex. et ib. VI. c. 28. §. 3. — 3) Neque in harum rerum expositione Aristobulum mentitum esse docet Bohlen. de Vet. Ind. T. I. p. 36 — 37. —

rege missum esse. Quae quidem negotia qualia fuerint etsi in universum ignoramus, unum tamen ex ipso Aristobulo (ap. Arr. Exp. Alex. VI. c. 29. §. 15. sqq. cf. Strab. T. VI. p. 208. sqq.) accuratius compertum habemus. Etenim Alexander, quum post Indicam expeditionem per Caramaniam in Persidem profectus Pasargadis magni Cyri sepulcrum sacrilegis manibus spoliatum ac turpiter devastatum invenisset, huius monumenti restaurandi et ornandi curam Aristobulus sibi refert esse demandatam. Unde probabile fit, artium mathematicarum et architecturae eum haud imperitum fuisse, et Alexandrum in similibus monumentis novisque urbibus condendis eius opera saepius fortasse usum esse, certe ducibus Alexandri neque ab Arriano neque ab alio vetere scriptore annumeratur.[1] — Longissimam Aristobulo aetatem contigisse, quae etiam nonaginta annorum numerum excederet, docemur ex Luciani loco (Macrob. §. 22.). Ipse autem scriptor in fronte operis sui professus erat, sese senem demum octoginta quattuor annorum Alexandri res conscribere coepisse.[2] — Neque terram et urbem ignoramus, ubi Aristobulus senex degerit et Alexandri historiam concinnaverit, quandoquidem apud Lucianum (l. c.), Plutarchum (Vit. Demosth. c. XXIII.), Athenaeum (II. p. 43. D. VI. p. 251. A) saepius Κασσανδρεὺς nuncupatur. Atqui Cassandream urbem octavo demum anno post Alexandri mortem (Ol. 116, 2. 315. a. Chr.) a Cassandro, Antipatri filio, eodem fere loco conditam esse constat, ubi Olynthus olim fuerat.[3]) Itaque Aristobulus non eam ob causam Cassandrensis dici poterat, quod in hac urbe natus esset, sed quod postremos aetatis annos ibi degisset. Quae res haud sane minimi momenti est ad huius viri vitam et scripta recte iudicanda. Primum enim hinc satis certo licet colligere, Aristobulum in bellorum ac turbarum vicissitudinibus, quae Alexandri

---

1) Quare confidentius quam verius narravit Santo-Crucius (l. c. p. 42.): „Aristobule de Cassandrée en Macédoine fut un des généraux d'Alexandre." — 2) cf. Lucian. l. c. et Arr. Praef. Exp. Alex. — 3) cf. Diod. XIX. c. 52. Pausan. V. c. 123.

mortem insequutae sunt, ab Antipatri et Cassandri partibus stetisse. Deinde quamvis ineptum esset ac temerarium, eiusdem invidiae et odii hunc scriptorem accusare, quibus Cassander in Alexandrum flagrasse traditur: haud absona tamen videtur coniectura, hanc quoque rem aliquatenus ad frigidum et siccum scribendi genus pertinuisse, quod Aristobulus in Alexandri rebus narrandis unus omnium aequalium scriptorum usurpaverit. Namque, quod alibi uberius exponetur, quaecunque Alexandrum heroica quadam audacia non sine numine peregisse plerique aequales lubenter credebant et alii scriptores data opera asserebant; ubique fere hic auctor vel negabat vel ad vulgares et naturales leges ac rationes revocabat. Veluti quum ab reliquis omnibus historicis uno ore narretur notissimum illud nodi Gordii omen ab Alexandro vel „impletum vel elusum esse,“ ut ait Curtius, eo quod gladio omnia eius lora disciderit, id quod heroico Pellaei iuvenis ardori egregie responderit: unus Aristobulus auctor est, regem exempto paxillo et iugo temoni detracto non altiore quodam spiritu inflatum sed solo mentis acumine in hominem mathematicum potius quam heroa conveniente et nodi vinculum et oraculi sortem solvisse.[1]) His vehementer videntur refragari, quae de eodem scriptore apud Lucianum (quom. hist. sit conscr. §. 12.) perhibentur. Ibi enim Lucianus eos historicos perstringens, qui eorum quos collaudent gratiam ac benevolentiam humiliter aucupentur, nec raro eo procedant, ut propter turpissimum et apertissimum adulationis studium ne illud quidem quod unice cupiant illi nanciscantur, sic pergit: *οἱ γὰρ ἐπαινούμενοι πρὸς αὐτῶν μισοῦσι μᾶλλον καὶ ἀποστρέφονται ὡς κόλακας, εὖ ποιοῦντες, καὶ μάλιστα ἢν ἀνδρώδεις τὰς γνώμας ὦσιν· ὥσπερ Ἀριστοβούλου μονομαχίαν γράψαντος Ἀλεξάνδρου καὶ Πώρου, καὶ ἀναγνόντος αὐτῷ τοῦτο μάλιστα τὸ χωρίον τῆς γραφῆς (ᾤετο γὰρ χαριεῖσθαι τὰ μέγιστα τῷ βασιλεῖ, ἐπιψευδόμενος ἀριστείας τινὰς αὐτῷ, καὶ*

---

1) Arr. Exp. Alex. II. c. 3. §. 13. cf. Plut. Vit. Alex. c. XVIII. Curt. III. c. 1. §. 14. Iustin. XI. c. 7. §. 3. —

ἀναπλάττων ἔργα μείζω τῆς ἀληθείας) λαβὼν ἐκεῖνος τὸ βιβλίον (πλέοντες δ' ἐτύγχανον ἐν τῷ ποταμῷ τῷ Ὑδάσπει) ἔῤῥιψεν ἐπὶ κεφαλὴν ἐς τὸ ὕδωρ, ἐπειπὼν, καί σὲ δὲ οὕτως ἔχρῆν, ὦ Ἀριστόβουλε, τοιαῦτα ὑπὲρ ἐμοῦ μονομαχοῦντα καὶ ἐλέφαντας ἑνὶ ἀκοντίῳ φονεύοντα. — Quae narratio quum et tempori vehementer repugnet, quo Aristobulum Alexandri res scimus conscripsisse, et a veracitatis laude ab Arriano potissimum huic scriptori tributa prorsus abhorreat: Santo-Crucius (l. c. p. 43.) aut ab ipso Luciano aut a librariis Aristobulum perperam hoc loco cum Onesicrito putat esse confusum, ad quam opinionem Heerenius quoque (De fontt. et auct. vitt. parall. Plut. p. 64. annot.) accedere videtur. At vero haec duo nomina toto coelo inter sese diversa misceri potuisse, insignem etiam librariorum oscitantiam et incuriam videtur excedere, neque ipsum auctorem eo negligentiae progressum esse credibile est. Haud temere igitur Schmiederus (Praef. ad. Arr. Exp. Alex. p. XXIV.) hanc coniecturam plane reiiciendam arbitratus: „Quidni credamus, inquit, eundem Aristobulum Alexandro vivo fortunae suae per adulationem subvenire voluisse qui eo mortuo veram eius historiam ipse senex scriberet?" Et profecto, siquidem vera tradidit Lucianus, neutiquam fidem superat, Aristobulum olim inter ipsas expeditiones ex communi plurimorum aequalium more Alexandri res multis fabularum lenociniis ornatas narrare aggressum, ex ipsa fortasse regis reprehensione, relicto humili et futiti hoc scribendi genere, posteriori tempore in contrariam viam discessisse, quo certe aliquo modo illud quoque videtur valuisse, quod, uti supra coniectavimus, postea Cassandri, hominis ab omni Alexandri amore et admiratione alieni, partes sequebatur. Ceterum tantum abest, ut quod Arrianus de Aristobulo fecit iudicium improbemus, ut hunc scriptorem si quem alium de Alexandri historiis optime meruisse censeamus, eumque post Ptolemaeum omnium veracissimum appellare non dubitemus. Illud unum fortasse verendum est, ne hic scriptor, quum antea nimio Alexandri rerum celebrandarum studio

inflammatus commenta et fabulas captaret, hoc vitiu evitaturus in contrarium illud cucurrerit, ut nimi frigore ac siccitate, quae revera ab Alexandro singu lariter et mirifice gesta essent, ad suam ipsius opini onem ille referens et interpretatus nonnunquam vel minu recte iudicaret vel minus vere narraret. — Denique quo ad ipsum Aristobuli librorum argumentum attinet, certis sime licet affirmare satis largam ac variam materiem iis fu isse comprehensam. Namque praeter res, quae ad Alexan dri historiam propius pertinerent, Aristobulum terraru ac populorum descriptioni operam dedisse uberioresqu de rebus geographicis et physicis, quas Ptolemaeum vi attigisse vidimus, excursus operi suo intexuisse ex mul tis fragmentis colligitur. [1]) Ita de montibus (ap. Ar Exp. Alex. III. c. 28. §. 8), fluviis (ibid. III. c. 30. §. 1 et Strab. T. IV. p. 519. VI. p. 261.), fontibus (ap. Athe II. p. 435.), insulis (ap. Arr. l. c. et VII. c. 20. §. 9.), d terrarum tempestate ac situ (ap. Strab. T. VI. p. 29 — 3 36 — 37. 44 — 46. 74.), de urbium nominibus et incola rum moribus (ap. Athen. XII. p. 513. Arr. Exp. Ale V. c. 20. §. 3. Strab. T. VI. p. 129.), de arborum, plan tarum, bestiarum natura (ap. Arr. l. c. VI. c. 22. §. 7 Strab. T. IV. p. 463. VI. p. 34. 44. — 46. 97.) data ope ra Aristobulum egisse scimus. — Unde haud improbabil id quod iam Vossius (de Hist. Gr. I. c. 10.) olim coniecit, librum περὶ λίθων ap. auct. de Fluv. c. XIV. cita tum ab eodem Aristobulo, neque physicarum neque ma thematicarum rerum imperito, esse concinnatum.

Cap. IV.

Onesicritus Astypalaeensis.

Ex eorum scriptorum Alexandro M. aequalium nu mero, qui vel ducum munere vel alio ministerio apud

1) Videat igitur doctissimus Petrus de Bohlen, quo iure (de Vet. Ind. T. I. p. 73.) Aristobuli libros Ephemeridum nomine notaverit. —

regem functi fide digniores quam rhetores isti Callisthenes, Clitarchus, Anaximenes sint iudicandi, unum Onesicritum esse eximendum supra iam contendimus. Cuius de viri vita et scriptis post Santo-Crucium recentissimo tempore disseruit M. H. E. Meierus in Erschii et Gruberi litterarum et artium Encyclopaedia Sect. III. P. III. p. 455. sqq. —

De Onesicriti patria Diogenes Laertius (VI. §. 84.) haec tradidit: τοῦτον δὲ μὲν Αἰγινήτην, Δημήτριος δὲ ὁ Μάγνης Ἀστυπαλαιέα φησί [1]). Temere igitur Bennerus (ad Lucian. Macrob. §. 14.) dubitationem movit, num Onesicritus Astypalaeensis idem habendus sit qui Aeginensis; haud improbabile potius, id quod Meierus coniecit, eundem Onesicritum in insula altera natum, in altera posteriori tempore esse commoratum vel civitate ab ea donatum. Ex iis vero quae infra exposita sunt colligitur, Onesicritum ante Alexandri expeditionem aliquamdiu in Aegina insula degisse, post regis autem mortem in neutram insulam rediisse. — Diogenis Cynici Onesicritum disciplina usum esse docemur ex Plutarcho (Vit. Alex. c. LXV.) et Diogene Laertio (l. c.) qui eum τῶν ἐλλογίμων Διογένους μαθητῶν unum fuisse ait. Quomodo Onesicritus in hanc disciplinam venerit, ab eodem Laertio (VI. §. 75.) sic narratur: θαυμαστὴ δέ τις ἦν περὶ τὸν ἄνδρα (Διογένη) πειθώ, ὥστε πάνθ' ὁντινοῦν ῥᾳδίως αἱρεῖν τοῖς λόγοις· λέγεται γοῦν Ὀνησίκριτόν τινα Αἰγινήτην πέμψαι εἰς Ἀθήνας δυοῖν ὄντοιν υἱοῖν τὸν ἕτερον Ἀνδροσθένην, ὃν ἀκούσαντα τοῦ Διογένους αὐτόθι προσμεῖναι· τὸν δ' ἐπ' αὐ-

1) Ita hoc nomen rectissime exhibuit Menagius ad h. l. pro vulgari scriptura Ἀστυπαλέα. Idem v. d. apud Aelianum (de Animal. XVI. c. 39.), ubi eadem patria Onesicrito assignatur pro scriptura vulgari Ἀστυπαλαῖος scribendum censet Ἀστυπαλαιεύς. — Maiore etiam scripturae discrepantia quam in patriae nomine Codd. Mss. in ipso Onesicriti nomine laborant. Namque apud Plutarchum (Vit. Alex. c. VIII.) olim scribebatur Ὀνησικράτης, apud Lucianum (quom hist. sit conscr. §. 40.) Ὀνησίκρατες, apud Strabonem nunc Ὀνησίκρητος nunc Ὀνησίκρατος. Sed plurimi libri habent Ὀνησίκριτος. Cf. Solan. ad Lucian. l. c. et Gronv. ad Arr. Exp. Alex. l. p. 237. not. 6. —

τὸν καὶ τὸν ἕτερον ἀποστεῖλαι τὸν πρεσβύτερον Φιλίσκον, ὁμοίως δὲ καὶ τὸν Φιλίσκον κατασχεθῆναι. τὸ τρίτον: αὐτὸν ἀφικόμενον μηδὲν ἧττον συνεῖναι τοῖς παισὶ φιλοσοφοῦντα. — Onesicritus igitur quum duos iam filios haberet ad Diogenis philosophiam percipiendam maturos, procul dubio aetate iam provectior Alexandrum in Asiam sequutus est. Idem de Anaximene Lampsaceno demonstravimus, quem non minus quam Onesicritum Diogenis Cynici discipulum fuisse constat. Hinc qui factum sit, ut Onesicritus posteriori tempore Alexandro M. innotesceret, aliquatenus certe licet coniectare. Ambo enim hi viri et annis fere aequales et eiusdem disciplinae alumni quin etiam familiaritate inter se iuncti fuerint vix potest dubitari. Quare Anaximenes Alexandri gratia obstrictus comitari eum et scriptis celebrare quum statuisset, Onesicritum fortasse in eiusdem rei societatem advocavit et Alexandri favori postea insinuavit. — Ceterum Onesicritus non tam philosophiae quam earum artium videtur peritus fuisse, quae ad externum quendam vitae usum pertinent. Ita res nauticas sic callebat, ut ab Alexandro in Indica expeditione regiae navis gubernator eligeretur. [1]) Verumtamen ne hac quidem in re arrogantiae et temeritatis vituperium evitavit. Primum enim, ut ait Arrianus (l. c.), ἐν τῇ συγγραφῇ ἥντινα ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου ξυνέγραψε καὶ τοῦτο ἐψεύσατο, ναύαρχον ἑαυτὸν εἶναι γράψας κυβερνήτην ὄντα. [2]) Deinde idem Onesicritus una cum Nearcho a rege ad Indiae oras maritimas circumnavigandas missus quum extrema Arabiae ora conspecta classem huc appellere iussisset, ab ipso Nearcho temeritatis inconsideratae in

---

1) cf. Arr. Exp. Alex. VI. c. 2. §. 6. Hist. Ind. XVIII. §. 9. Plut. Vit. Alex. c. LXVI. — Hinc quoque probabile fit, Aeginam insulam, navigatorum genitricem, Onesicritum aliquamdiu civem habuisse. Quod enim Plutarchus (de Fort. Alex. Or. I. p. 331.) hoc munus ex insigni gratia et favore, quibus Alexander omnes omnino philosophos foverit, derivandum opinatur, vereor ne philosopho artis navigandi imperito nunquam rex vitam et salutem in rapidis Indiae fluminibus traditurus fuerit. — 2) Quare etiam apud Plinium (N. H. VI. c. 24. init.) „classis Alexandri praefectus“ audit.

rimen vocatus est. [1])— Nihilominus Onesicritus haud me-
liocri apud Alexandrum gratia videtur floruisse. Etenim in
ndia ad varia negotia expedienda eum a rege missum
cimus, in quibus celeberrima est legatio ad Gymnoso-
histas ab ipso Onesicrito accurate et sine solita menda-
iorum nube prodita; [2]) post Indicam vero navigationem
eliciter peractam una cum Nearcho Susis ab Alexandro
st coronatus. [3])

Hic igitur vir, et sermonum et consuetudinis qui vi-
letur suavitate floruisse, inter ipsas Alexandri ex-
editiones ad eius res conscribendas sese accinge-
at. Namque Lucianus (quom. hist. sit conscr. §. 40.),
bi eorum historicorum scribendi rationem corri-
it, qui rebus praesentibus unice inserviant et adula-
orum nomine iure notentur, de Onesicrito hoc me-
orabile Alexandri dictum affert: „ἡδέως ἂν πρὸς ὀλίγον
νεβίουν, ὦ Ὀνησίκριτε, ἀποθανών, ὡς μάθοιμι, ὅπως
αὐτὰ οἱ ἄνθρωποι τότε ἀναγινώσκουσιν· εἰ δὲ νῦν αὐτὰ
παινοῦσι καὶ ἀσπάζονται, μὴ θαυμάσῃς· οἴονται γὰρ οὐ
ικρῷ τινι τῷ δελέατι τούτῳ ἀνασπάσειν ἕκαστος τὴν παρ'
μῶν εὔνοιαν.“ His vero quamquam evincitur, One-
critum inter ipsas expeditiones nonnulla commentariis
onsignasse, procul dubio tamen totum eius opus post re-
is demum mortem est elaboratum. Hoc etiam Plutarchi
ocus (Vit. Alex. c. XLVI.) videtur indicare, quo doce-
ur, Onesicritum multo post Alexandri mortem Lysima-
ho Thraciae iam regi facto quartum historiarum librum
ecitasse. Unde probabile fit, hunc scriptorem multo post
lexandri mortem Lysimachi partes sequutum eumque
Thraciam comitatum, quas intra ipsas expeditiones hi-
orias scribere coepisset, ibi perfecisse. Tantum
ero abest, ut Onesicritus pariter atque Aristobulus ab
so Alexandro reprehensus putidam et ineptam fabula-

1) cf. Arr. Exp. Alex. VII. c. 20. §. 16. Hist. Ind. XXXII.
9. et nos infra c. V. p. 32. et. 33.— 2) cf. fragm. ap. Strab. T. VI.
133. sqq. Plut. Vit. Alex. c. LXV. et Bohlen. de Vet. Ind. I.
[illegible]

rum captationem posteriori tempore sperneret, ut ab ips Lysimacho ridicula eius mendacitas perstringeretur. Au dita enim de Amazone quae Alexandrum convenerit narratiuncula, subridens ille: „καὶ ποῦ, inquit, τότ᾽ ἤμην ἐγώ; ταῦτα μὲν οὖν ἄν τις οὔτ᾽ ἀπιστῶν ἧττον, οὔτε πιστεύω μᾶλλον Ἀλέξανδρον θαυμάσειε. — Itaque omnes fere ve teres scriptores, quotquot Onesicriti mentionem fecerunt, ma lam eius fidem non omiserunt vituperare. Primum enim Arrianus, qui paucis tantum, quos supra citavimus, locis hunc scriptorem attigit, quid de eo iudicaverit uno loco (Exp. Alex. VI. c. 2. §. 6.) satis aperte indicavit; dein Plutarchus, etsi pluribus locis eum commemoravit (cf Vit. Alex. c. VIII. XV. XLVI. LX. LXI. LXV. LXVI.) quam suspectam eius fidem habuerit, ex narratione ist de Lysimacho supra allata luculenter apparet, Gellius quoque (N. A. IX. c. 4.) hunc scriptorem inter auctores hi storiarum fabulosarum retulit et cum Aristea Proconne sio, Isigono, Ctesia, Polystephano, Hegesia composuit; acerrime denique eum taxavit Strabo (T. VI p. 61.), qui narratione de duobus serpentibus allata quorum alter centum et octoginta, alter centum et quadraginta ulnarum magnitudinem aequaverit, Onesicritu huius exaggerationis auctorem „οὐκ Ἀλεξάνδρου μᾶλλον τῶν παραδόξων ἀρχικυβερνήτην“ censet esse appellandum quamquam addit iudex cautissimus: λέγειν δ᾽ οὖν τινα κα πιθανὰ καὶ μνήμης ἄξια, ὥστε καὶ ἀπιστοῦντα μὴ παρελθεῖ αὐτά. —

Onesicriti commentariorum argumentum Diogene Laertius (VI. c. 4. §. 84.) cum Xenophontis scriptis com paravit. Verba eius haec sunt: Ἔοικε δέ τι ὅμοιον πε πονθέναι (Ὀνησίκριτος) πρὸς Ξενοφῶντα· ἐκεῖνος μὲν γὰ Κύρῳ συνεστράτευσεν, οὗτος δὲ Ἀλεξάνδρῳ· κἀκεῖνος μὲ Παιδείαν Κύρου, ὁ δὲ πῶς Ἀλέξανδρος ἤχθη γέγραφε· κα ὁ μὲν ἐγκώμιον Κύρου, ὁ δὲ Ἀλεξάνδρου πεποίηκε· καὶ τ ἑρμηνείᾳ δὲ παραπλήσιος, πλὴν ὅτι ὡς ἀπόγραφος ἐξ ἀρχετύπο δευτερεύει. [1]) Quam quidem comparationem vehemen

1) Postrema haec verba ex Laertio sumta exstant etiam ap Suid. s. v. Ὀνησίκριτος.

er claudicare verissime Meierus annotavit, qui illud quoue iure miratur, quod Anabasis Xenophonteae et Oneicriti de Alexandri expeditione commentariorum similiido hoc loco sit praetermissa, eiusque rei verisimilem ausam hanc posuit, quod Alexandri et educatio et exeditio et laudatio eodem opere fuerint comprehensae.)nesicriti enim opus de Alexandri rebus conscriptum per iultos libros fuisse digestum, etiam inde colligitur, quod ibula de Amazonum regina quarto demum libro legeatur. Optime autem magnus huius operis ambitus ex ɔsa argumenti copia et varietate evincitur. Namque praeer rerum gestarum et expeditionum historiam neque quae rivatim ab Alexandro gesta essent neglexit, et quae n singulis terris ac populis memorabilia ac mirabilia eperirentur data opera exposuit et more suo ornavit tque exaggeravit. Ita, quod ad privatam Alexandri viam attinet, ex Onesicrito hausta sunt, quae narrat Pluarchus (Vit. Alex. c. VIII.) de Iliade, quam una cum ıucrone rex semper sub pulvinari secum habuerit, et de 'hilisti historiis atque Euripidis, Sophoclis, Aeschyli ragoediis, Telestique et Philoxeni dithyrambis, quos liros rex aliquando ab Harpalo ad se mitti iusserit. De eographicis autem aliisque id genus rebus memoratu dignis lurima exempla extant apud Strabonem, quem multa etiam raeclara quae ad instituta spectarent et mores Persarum, Bactrianorum, Indorum, ex Onesicrito deprompsisse verissine Siebenkeesius (Praef. ad Strab. p. XVIII.) observavit. mprimis vero, id quod nemo mirabitur, Indiae regiones, tum rimum Graecis accuratius cognitae, huic scriptori, sponte iam fabularum et miraculorum sectatori, tanquam amlissimus nova quaeque comminiscendi campus patebant, quo quemadmodum ille usus sit, optime apparebit, si eius iarrationes cum iis contuleris, quae ab Aristobulo, Megasthene aliisve fide dignioribus auctoribus iisdem de rebus tradita sunt. Ita ut hoc utar (ap. Strab. T. VI. p. 41. sqq.) Aristobulus narravit, ad Acesinem fluvium fuisse arborem, cuius sub umbra quinquaginta equites meridiari po-

tuerint:[1]) Onesicritus vero (ibid.) hoc numero minime contentus eiusdem arboris umbra quadringentos equites tectos esse contendit. Alio loco (T. VI. p. 93.), ubi Strabo vere narrari dixit, plerorumque elephantorum aetatem adaequare vitae longaevissimorum hominum, nonnullos etiam ad ducentesimum annum pervenire: Onesicritus non minus omnia exaggerans plerosque elephantos trecentos, nonnullos etiam quingentos annos vivere perhibuit. Eadem ratio est narrationum de Indiae magnitudine (ap. Strab. T. VI. p. 22. sqq. cf. Bohlen. l. c. T. I. p. 11.) et Pattalae, Indiae regionis duobus Indi alveis interiacentis, forma et ambitu (ap. Strab. T. VI. p. 74. cf. Bohlen l. c. p. 17.). — Sic falsa veris immiscens ille commentariis suis de Indiae aliarumque terrarum plantis, fluviis (cf. fragm. ap. Strab. l. c. p. 25. 38. 188.), animalibus (cf. ibid. p. 61. Ael. de Animal. XVI. 39. XVII. 6. Plin. VI. 24. Tzetz. Chil. III. 940.) aliisque id genus rebus egerat (cf. fragm. ap. Strab. T. IV. p. 514. VI. p. 113. et 166.). De Gymnosophistis, ad quos ipse ab Alexandro missus erat, praeter Plutarchum (Vit. Alex. c. LXV.) et Strabonem (T. VI. p. 133.) Lucianus quoque (de mort. Peregr. §. 25.) huius scriptoris testimonio usus est. Quod vero ex alio Luciani loco (Macrob. §. 14.) Meierus coniecit, Onesicritum commentariis suis etiam antiquiorem Persici regni historiam data opera tractasse, illud neque negare ausim neque affirmare. Poterat Onesicritus quod magnum Cyrum tradidit centesimo aetatis anno vita excessisse ipsi Alexandri rerum narrationi ita intexere, ut reliqua Persici regni historia ne verbo quidem attingeretur. Quid enim, ut hoc utar, impedit quominus auctorem diuturnam magni Persarum regis vitam cum immaturo Alexandri interitu comparasse ponamus?

Iam vero quod ad Onesicriti scripta attinet, una restat quaestio satis impedita ac salebrosa necdum accuratius a quoquam tractata de paraplo, quem sub Onesicriti

---

1) Procul dubio haec arbor fuit **ficus Indica** sive **Asvatha** quae lingua sanscrita appellatur. cf. Bohlen. de Vet. Ind. I. p. 39.

nomine a Iuba rege et scriptore notissimo editum esse ex difficillimo Plinii loco (N. H. VI. c. 26.) cognitum est.

Navigationem illam ab Indi capitibus usque ad sinum Persicum et Euphratis ostia Alexandri iussu Nearcho et Onesicrito ducibus revera esse institutam atque peractam, vel ii non ausi sunt in disceptationem vocare, qui huius navigationis descriptiones, quae sub Nearchi et Onesicriti nominibus extiterint et magnam partem hodie extent, his auctoribus confidentissime abiudicandas censuerunt. [1]) Atqui ea de re nemo intercedet, quo minus horum virorum uterque quaecunque memoratu digna inter hanc navigationem ipsis evenissent accuratissime et annotaverit et ad regem rerum geographicarum studiosissimum (cf. Strab. T.I. p. 187. et Arr. Hist. Ind. XXXII. §. 14. sqq.) retulerit. Quare Onesicritum (de Nearcho enim infra videbimus) aliquando huius navigationis descriptionem scripsisse extra omnem dubitationem videtur positum esse. Quaeritur tantum, primum num Onesicritus singularem librum Parapli titulo inscriptum ipse ediderit, deinde num quae a Iuba Mauritano sub hoc titulo primum cum Romanis communicata sunt ad Onesicritum auctorem iure sint referenda? — Utrumque praefracte negavit Dodwellus (l. c.), atque aliquatenus nos quoque ei assentimur, quamvis quae in universum vir doctus dictione satis diffusa hoc loco disputavit, et aliis erroribus scatent et eam potissimum ob causam notanda sunt, quod Onesicritum eiusque scripta neque, ut par erat, cognita habet neque a Nearcho eiusque scriptis probe discernit. Nimirum nobis quoque persuasum est, nunquam ab Onesicrito singularem scriptionem editam esse, quae Parapli titulum in fronte gereret, quia, id quod vere Dodwellus observavit, uno Plinii loco excepto ne lenissimum quidem eius rei vestigium reperitur. Quid vero de Plinii loco sit statuendum, mox videbimus. Quid igitur? Num credibile est, navigationis istius descriptionem

1) Dodw. Dissert. de Arr. Nearch. §. 6. (in Arr. Hist. Ind. ed. Schmied. p. 243.) et Bohlen. de Vet. Ind. I. p. 70.

ab Onesicrito litteris quidem mandatam neque vero postea editam esse? Minime vero. Non est quod dubitemus, quin in universo opere quod de Alexandri rebus composuit huius quoque navigationis descriptionem auctor exhibuerit et solita fabularum ac miraculorum nube involverit. — Quid quod ipsa huius operis fragmenta luculenta eius rei indicia suppeditant. Huc referendum est fragmentum, quod legitur ap. Ael. de Animal. XVII. c. 6., ubi de monstris maritimis agitur, quae ad Gedrosiae oram conspecta integri stadii expleverint longitudinem. Neque minus huc spectant, quae ap. Strab. T. VI. p. 27. sqq. ex eodem auctore de Taprobanes insulae magnitudine mirabilibusque animalibus in ea natis afferuntur, itemque (ib. p. 38.) de Indiae ora maritima, de fluminum capitibus ventisque marinis. Quibus evincitur, reliquis de Alexandri rebus commentariis huius quoque navigationis descriptionem interpositam fuisse. [1]) Quoniam vero Onesicritum in toto opere lectorum non tam utilitatem et doctrinam quam voluptatem ac delectationem spectasse scimus, haud secus eum in hac particula, quae navigationem istam tractaret, egisse sponte apparet. Quare quod aliis Paraplorum vel Periplorum auctoribus unice propositum erat, ut accuratissima et locorum relatione et spatiorum dimensione exposita lectores de rebus geographicis docerent, Onesicriti consilio neutiquam erat consentaneum, utpote qui iucunda fabularum et miraculorum narratione animos allicere studeret ac delinire. Ad haec apte quadraret vexatissimus ille Plinii locus (N. H. V. c. 26.), quo narratur, Onesicriti navigationem nec nomina habere mansionum nec spatia, dummodo ne haec verba ad

1) Siquidem ex Diogenis Laertii loco (VI. §. 84.) haud temere licet coniectare, singulis Onesicriti operis partibus inscriptiones quasdam ita fuisse praepositas, ut alia pars, ubi Alexandri educatio tractabatur „πῶς Ἀλέξανδρος ἤχθη," alia, quae Alexandri laudationem continebat „Ἀλεξάνδρου ἐγκώμιον" inscriberetur; quid statuere vetat, eam huius operis partem, quae navigationis descriptionem exhibebat, παράπλουν inscriptam fuisse? cf. sup. p. 25.

earchi quoque navigationem essent referenda; et, quod gravissimum est, quae sequuntur praefracte his repugnant. Verba enim Plinii quae vulgo leguntur, sunt haecce: „Onesicriti et Nearchi navigatio nec nomina habet mansionum nec spatia: primumque Xylenepolis ab Alexandro condita, unde ceperunt exordium, iuxta quod flumen aut ubi fuerit non satis explanatur. Haec tamen digna memoratu produntur sqq." Iam vero plurima et mansionum nomina et spatia ex eadem Onesicriti navigatione afferuntur, cui talia inesse diserte in antecedentibus Plinius negavit. — Hinc factum est, ut hic locus crux esset omnium virorum doctorum, qui Onesicriti et Nearchi navigationem attigerunt; interpretes enim, quos equidem consului, parum hanc rem videntur curasse. Ex illis autem viris doctis alius aliter loci difficultatem expedire conatus est. Dodwellus enim (l. c. p. 241.) Plinii verba ita interpretatur, quasi vero dixerit, „non continua exhiberi apud Nearchum et Onesicritum mansionum nomina et spatia, quemadmodum extent in antiquis itinerariis Antonini etc." Contra hanc interpretationem verissime quidem Vincentius (Refut. Dodw. in Arr. Hist. Ind. ed. Schmied. p. 257.) monuit, continua spatia a Dodwello inventa esse neque vero Plinii verbis indicari; verumtamen ipse hic vir doctus satis habet Plinium erroris et inconstantiae accusare, locumque istum ut corruptissimum reiiciendum arbitratur. Santo-Crucius 1) ita olim hunc locum emendandum proposuit, ut negationem in affirmationem mutandam opinaretur, quam quidem audaciam non tantam esse dicit Vincentius, „quae nulla licet auctoritate firmata propter corruptissimum Plinii textum excusari non possit." — Hae fere sunt quas equidem novi, virorum doctorum de hoc loco opiniones, qui omnes locum non sanum esse recte quidem senserunt, unicam vero qua sanandus est medelam non invenerunt.

---

1) In priori Examinis Critici editione (cf. Vincent. l. c. p. 257.); namque in altera editione anni MDCCCIV. Santo-Crucius —[redacted]lli refutatione omnino supersedit. Cf. p. 746. ann. 4. —

Procul dubio enim locus ita est emendandus: „Onesicriti et Nearchi navigatio nec nomina omnia habet mansionum nec spatia sqq.;" qua emendatione probata planissime omnia procedunt. Iam enim Plinii loco nihil aliud docemur, quam quod etiam ultro erat consentaneum, Onesicriti et Nearchi navigationis descriptione neque mansionum nomina neque spatia omnia tam accurate fuisse consignata, quam Plinii aetate cognita essent. Haud pauca tamen etiam ab iis nomina et spatia prodita esse, ex ipsius Plinii quod sequitur breviario optime intelligitur.

Deinde vehementer viri docti, inter quos Dodwellus, mirati sunt, quod vix et ne vix quidem similitudo intercedat inter hoc Plinii breviarium et Nearchi paraplum apud Arrianum magnam partem exscriptum. Primum vero doctissime Vincentius Plinii breviarium neutiquam cum Nearchi paraplo evicit esse insociabile: deinde, ut Plinius et Arrianus maxime inter se discrepent, quid quaeso hoc mirum videri potest, quum apud Arrianum unius Nearchi narratio exhibeatur, apud Plinium mansionum nomina ac spatia tum ex Nearchi tum ex Onesicriti navigationis descriptione hausta sint? Accedit, id quod gravissimum est, Plinium hoc loco non ipsius Onesicriti narrationem, quam de navigatione ista eum commentariis suis intexuisse supra evicimus, sed eam scriptionem ante oculos habuisse, quam Iuba Mauritanus sub Onesicriti nomine proxime ediderat. Verba enim Plinii haec sunt: „Sed priusquam haec generatim persequamur (i. e. quae de quattuor satrapiis disserere inchoavit. cf. c. XXV. init.), indicare convenit, quae prodit Onesicritus, classe Alexandri circumvectus in mediterranea Persidis ex India, narrata proxime a Iuba: dein eam navigationem sqq." — Videamus igitur, quid de hoc Iubae libro statuendum sit. — Iubam Mauritanum a Caesare Romam in triumphum ductum et Romanis disciplinis institutum „studiorumque claritate mirabiliorem etiam quam regno" factum cum aliorum scriptorum tum libri de expeditione Arabica, C. Caesari Augusti

filio dedicati, auctorem fuisse scimus. [1]) Unde colligitur rerum quoque geographicarum studium a Iuba non neglectum esse. Quid igitur mirum, quod hic vir Romanos harum rerum etiamtum satis imperitos de orae maritimae et maris Erythraei parte Euphrati et Indo interiecta melius edocturus celeberrimam Onesicriti et Nearchi navigationem in suum usum convertit, eorumque scriptis ita usus est, ut, quae apud utrumque memoratu digna sibi viderentur, mixta fortasse doctioribus sequiorum Alexandrinorum de his locis narrationibus, scriptis mandaret eamque scriptionem ex more huius aetatis Onesicriti Paraplum appellaret? — Quodsi ita statuas, neque milliaria Romana cum Dodwello mirabimur neque illud cum eodem (p. 242.) nos offendet, quod, quae ex unius Onesicriti navigatione Plinius prodere pollicitus erat, mox non minus de Onesicrito quam Nearcho praestitit. Optime vero hinc explicatur, qui tanta intercedere queat discrepantia inter Plinii locum atque Arriani Historiam Indicam. Quid multa? Nostra accepta huius loci emendatione et interpretatione nihil prorsus in eo difficultatis residebit.

At enim si quis male cautus etiamnum haesitaverit, aliud argumentum in promptu est, quod vel pertinacissimo adversario de nostra sententia persuadeat. — Etenim Plinius aliis quoque locis haud raro Onesicritum in partes vocavit. Ita N. H. II. c. 75. ex Onesicrito refertur, in India supra flumen Hypasin solstitii die medio nullam omnino umbram iaci; [2]) alio loco (VII. c. 2.) Plinius Onesicrito teste tradidit, „quibus locis Indiae umbrae non sint, corpora hominum cubitorum quinum et binorum palmorum existere, et vivere annos centum triginta, nec senescere, sed ut medio aevo mori;“ alibi (XII. c. 18.) de arboribus memorabilibus in Hyrcaniae convallibus ortis, alibi (XV. c. 19.) de Hyrcaniae ficis Italicis dulcioribus, alibi (VI. c. 24.) de elephantorum in Taprobane insula viventium natura ad Onesicriti testimonium

1) cf. Plin. N. H. V. c. 1. et VI. c. 31. — 2) Aliter res nar-

provocavit. Atqui ne verbo quidem his locis Iuba Mauritani a Plinio mentio facta est. Quid erg causae fuit, quod uno loco (VI. c. 26.) „quae Onesicritus classe Alexandri in mediterranea Persidis circumvectus prodiderit, a Iuba proxime narrata esse" Plinius an notavit? — Nihil aliud, credo, quam quod reliquis locis Plinius ipsius Onesicriti commentariis usus est, hoc uno autem loco mansionum nomina et spatia non de ho Onesicriti opere sed de scriptione illa, quam Iuba sul Onesicriti nomine ediderat, excerpsit. — Hinc denique apparet, qui factum sit, ut Plinius quibus locis de plantis, animalibus aliisque id genus rebus memorabilibu egit, unum Onesicritum excitaret, uno autem loco (VI c. 24. cf. c. 28. et 30.), quo mansionum nomina locorumque spatia attulit, Nearchum iuxta Onesicritum appellaret.

Cap. V.

Nearchus Cretensis.

Inter eos scriptores Alexandro M. aequales, qui particulam tantummodo ex eius vel vita privata vel rebus gestis commentariis oonsignarunt, primum locum obtinet N e a r c h u s, Androtimi filius, Arriano teste *τὸ γένος μὲν Κρὴς, ᾤκει δὲ ἐν Ἀμφιπόλει τῇ ἐπὶ Στρυμόνι* [1]. — Hunc

---

1) Arr. Hist. Ind. c. XVIII. — Huic Arriani loco omnino refragatur Steph. Byz. v. *Λητή*, ubi haec leguntur: *Λητὴ, πόλις Μακεδονίας ἀπὸ τοῦ πλησίον ἱδρυμένου Λητοῦς ἱεροῦ, ὡς Θεαγένης Μακεδονικοῖς, τὸ ἐθνικὸν Λητaῖος· οὕτω γὰρ ἱστορεῖται Νέαρχος Λητaῖος, τῶν Ἀλεξάνδρῳ τῷ μεγάλῳ συστρατευσαμένων ὁ διασημότατος.* — Recte enim pro v. *Νίκαρχος*, quod male olim in omnibus edd. et mss. legebatur, N e a r c h i nomen hoc loco reposuerunt intpp. ad h. l. Inter quos B e r k e l i u s Arriani discrepantiae haud immemor Stephanum aperti erroris arguit, cuius originem argutius ex depravato Theagenis codice, in quem Stephanus inciderit, derivandum opinatur,

virum haud ignobili genere et in re lauta natum esse certissmum est, quandoquidem Pellae in Alexandri consuetudinem et familiaritatem eum constat pervenisse. Namque una cum Ptolemaeo Lagida ex eorum fuit numero, qui regio iuveni quum a Philippo patre aliquando esset abalienatus, tam fideliter sese addixerunt, ut a Philippo in exilium eiicerentur. [1]) Tantae fidei et amicitiae pignus quanti Alexander aestimaverit, et Arrianus ac Plutarchus diserte testati sunt et ipse rex gratia, liberalitate, honoribus, quibus hos amicos prae ceteris postea semper ornabat, egregie comprobavit. Itaque Nearchum quoque in huius fidei remunerationem post proelium ad Granicum factum Lyciae et finitimae terrae ad Taurum usque montem satrapam constituit, [2]) cuius satrapiae administratione ille per quinquennium (Ol. 111, 3. — 113, 1.) functus est. Post hoc enim tempus quum rex in Bactriam provinciam profectus esset, Nearchus una cum Asandro, Lydiae et Ioniae satrapa, Graecos mercenarios Zariaspam ad regis exercitum duxit; [3]) neque postea in hanc satrapiam rediit, sed scutatorum (τῶν ὑπασπιστῶν) chiliarcha factus [4]) Alexandrum in reliquis expeditionibus comitabatur, in quibus mox ad Hyphasin et Indum immortalem nominis famam adeptus est. Namque rex ad Hyphasin usque profectus quum et necessitati et militum precibus cedens reverti statuisset, non eandem qua venerat viam relegere, sed Indi flumen sequutus occidentalem certe quae reliqua erat integram volebat Indiae partem imperio obtinere. Hunc in finem classe parata qua nulla ante illam aetatem vel splendidior vel potentior visa erat, felicissime Nearchum totius classis ducem elegit. [5]) Qua quidem Indi navigatione post varia discrimina egregie peracta longe et difficilius et gloriosius opus Nearchus subiit. Etenim Alexander quum

est: tale quid vitii hoc loco delitescere nos quoque persuasum habemus: de vera autem eius origine ignorantiam profiteri quam ariolari malumus. —

1) cf. Plut. Vit. Alex. c. X. et Arr. Exp. Alex. III. c. 5. §. 9. sqq. — 2) cf. Arr. l. c. et I. c. 24. §. 5. — 3) cf. ibid. IV. c. 7. §. 4. — 4) cf. ibid. IV. c. 30. §. 11. sqq. — 5) cf. ibid. VI. c.

magna rerum in posterum gerendarum consilia pectore moliretur et perspicacissime eximia commoda prospiceret, quae ad immensi sui imperii mercaturam et florem ex Oceano ab Indi ostiis usque ad sinum Persicum pernavigato reduntatura essent: rei novae et inauditae pericula et discrimina minime ignorans, nunc omnino de conaminis eventu praeter morem variis curis angebatur, nunc de viro quem magnis et arduis rebus parem classi praeficeret dubius haesitabat. Quibus aliquando cum Nearcho communicatis ex omnibus ducibus ab eo hunc in finem commendatis quum alius alia de causa regi displicuisset, Nearchus denique: Ὦ βασιλεῦ, inquit, ἐγώ τοι ὑποδέκομαι ἐξηγήσασθαι τοῦ στόλου; καὶ (εἰ τὰ ἀπὸ θεοῦ ξυνεπιλαμβάνοι) περιάξω τοι σώας τὰς νέας καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἔστε ἐπὶ τὴν Περσίδα γῆν, εἰ δὴ πλωτός τέ ἐστιν ὁ ταύτῃ πόντος καὶ τὸ ἔργον οὐκ ἄπορον γνώμῃ ἀνθρωπίνῃ. [1]) Quibus auditis Alexander primum quidem tergiversatus talem amicum tantis sese periculis obiecturum negat: revera tamen haud insperatam hanc Nearchi responsionem regi fuisse certissimum est. Neque felicius profecto quicquam eius consiliis contingere poterat. Tali enim viro classis duce constituto omnes classiarii de salute iamiam desperantes laetius spirabant novasque spes inchoabant, quippe qui et Nearchi rerum nauticarum peritiam ingeniique dexteritatem ac strenuitatem intra Indi iam navigationem experti essent et certo confiderent, nunquam a rege amicum dilectissimum in aperta ac certa mala missum iri. Atque ipse navigationis eventus luculenter docuit, unius Nearchi prudentiae et constantiae regem totius classis salutem debuisse. Veluti, ut hoc uno utar, Arabiae promontorio conspecto unus Nearchus temerario Onesicriti consilio classem huc appellere iubentis fortissime restitit, qua de re verissime Arrianus sic iudicat: καί μοι δοκέει περιφανέως σῶσαι τὴν στρατιὴν τῇδε τῇ βουλῇ Νέαρχος·

1) Ita enim ipse Nearchus rem narravit praeclaro illo loco apud Arrianum in Hist. Ind. c. XX. cf. et Exp. Alex. VI. c. 19. Diod. XVII. c. 104. Strab. T. VI. p. 167. Curt. IX. c. 10. § 3. sqq. —

ἦν γὰρ δὴ ἄκρην ἐκείνην, καὶ τὴν πρὸς αὐτῇ χώρην πᾶσαν ρήμην τε εἶναι λόγος κατέχει καὶ ὕδατος ἀπορίῃ ἔχεσθαι. dem Arriani locus luculento est testimonio, quam strenue Nearchus quae ab Alexandro in hac navigatione instituenda ussus erat ubique sit exsequutus. Namque, quod modo lictum est, quum Onesicritus regis iussorum immemor gnavo interitus metu territus classem a proposito cursu leflectere conaretur, Nearchus acriter eum perstringens, ὐ γάρ, inquit, ὅτι ἀπορίη ἦν πεζῇ διασωθῆναι πάντα αὐτῷ Ἀλεξάνδρῳ) τὸν στρατὸν ἐπὶ τῷδε ἄρα ἐκπέμψαι τὰς νέας· ἀλλὰ ἐθέλοντα αἰγιαλούς τε τοὺς κατὰ τὸν παράπλουν κατασκέψασθαι καὶ ὅρμους καὶ νησίδας, καὶ ὅστις κόλπος ἐσέχοι κπεριπλῶσαι τοῦτον, καὶ πόλιας ὅσαι ἐπιθαλάσσιαι, καὶ ἴ τις ἔγκαρπος γῆ καὶ εἴ τις ἐρήμη. — His strenue Nearchus obtemperans quae regi pollicitus erat omnibus feliciter perpetratis innumerisque laboribus ac difficultatibus superatis n Pasitigri flumine integram ac salvam classem Alexanlro tradidit.[1]) Quam vehementer autem rex de secundo uius navigationis eventu laetatus sit quantaque gratia Nearchum reducem exceperit, non sine summa animi lelectatione legimus quae ea de re apud Arrianum (Hist. nd. XXXIII.—XXXIV.) tradita sunt. Classe enim ad Anamin fluvium appulsa, cuius ostium in ipso Persici sinus introitu aperitur, Nearchus per Graecum mercenarium forte fortuna in his regionibus oberrantem de Alexandri et exercitus terrestris propinquitate certior factus[2]), ipse una cum Archia ad regem profectus, quum et naves et copias salvas ad Amanidis fluvii ostium consi-

1) Cf. Hist. Ind. XLII. §. 7. — Duae tantum naves longae et cercurus perierant. Cf. ibid. XXIII. §. 3. — 2) Locum, quo Nearchus Alexandrum convenerit non accuratius licet indicare. Diodorus (XVII. c. 106.) regem illo tempore in urbe, cui Salmi nomen esset, degisse perhibet, unde Vincentius coniicit, huius urbis nomen non abhorrere a loco, qui nunc Maaun ab orientalibus nuncupetur. De aliis virorum doctorum opinionibus haud magis certis cf. Joh. Gust. Droysen Hist. Alex. p. 481. ann. 13., qui Alexandriae, quae in his regionibus condita esset, Nearchum ad Alexandrum putat adventasse. —

stere asseverasset, Alexander multis lacrimis fusis, ut Arrianus, *τόν τε Δία τῶν Ἑλλήνων, καὶ τὸν Ἄμμωνα* *Λιβύων ἐπομνύειν, ἦ μὴν μεῖζον ὡς ἐπὶ τῇδε τῇ ἀγγελίῃ* *ρειν, ἢ ὅτι τὴν Ἀσίην πᾶσαν ἐκτημένος ἔρχεται.* Nec f dies et ludi aberant regis et universi exercitus e miam laetitiam testificati, quibus undique Nearchi dilect caput sertis ac floribus petebatur; vix autem precibus ab rege impetrabat, ut ad reliquam navigationem pe gendam dimitteretur. Eadem communis laetitiae signi catio redintegrata est, quum in Pasitigri fluvio salva cl sis Alexandrum opperiretur [1]). Brevi autem post qu splendidissima nuptiarum sollemnia in Susorum regia ce brarentur, Alexander Nearchi sui haud immemor eum aurea corona ut reliquos fortissimos duces ornavit Barsines ac Mentoris filia in matrimonium data etiam finitate sibi coniunxit [2]). Neque ab hoc tempore us ad propinquam regis mortem Nearchus ab eius latere quam videtur discessisse. Scimus enim et Chaldaeor vaticinia, de fatali Babylonis introitu edita, per Ne chum cum rege esse communicata [3]), et ephemeridi regiis (ap. Arr. Exp. Alex. VII. c. 25. §. 7. et Plut. V Alex. c. LXXVI.) docemur, Alexandrum brevi ante premum diem tum omnino de rebus nauticis cum Ne cho esse colloquutum tum iussa quaepiam de immine navigatione ad eundem misisse. De reliqua Nearchi vi post immaturam Alexandri mortem paucissima neque ha quidem ab omni parte fide digna veteres scriptores t diderunt. Primum enim quod Justinus (XIII. c. 4.) na ravit, Nearchum in priori provinciarum partitione, qu Perdicca auctore facta est, Lyciam et Pamphyliam so titum esse, pessime hic scriptor pro solita negligen

1) Cf. Hist. Ind. c. XLII. §. 8. sqq. — 2) Cf. Arr. E Alex. VII. c. 4. §. 9. et c. 5. ad fin. Huc spectat etiam quod Hi Ind. XLII. §. 9. de aureis coronis Nearcho et Leonnato a rege i positis narratur, neque, id quod temere nonnulli vv. dd. sunt opin hic locus ad tempus, quo Alexander cum exercitu ad Pasitigrin ventabat, est referendus. — 3) Cf. Diod. XVII. c. 112. et Pl Vit. Alex. c. LXXIII.

mporum rationes confudit, quum et reliquorum scriptorum testimonio (cf. Arr. ap. Phot. Cod. XCII. p. 215. esch. Diod. XVIII. c. 3. Curt. X. c. 10.) et ipsa rerum gestarum serie certissime evincatur, has provincias st regis mortem non Nearcho sed Antigono evenisse, i etiam superstite Alexandro post Nearchum eas administrabat. — Praeter Justinum duo tantummodo scriptores Curtius et Diodorus inter Alexandri successores breter Nearchum attigerunt. Altero enim teste (Curt. X. 6. §. 10. sqq.) Nearchus, quum de regni successore gendo vehementer Alexandri duces et amici disceptant, pertinacius contra reliquos eam sententiam tuitus t, „Alexandri modo sanguinem ac stirpem regiae maiesi convenire. Ceterum exspectari nondum ortum regem, qui iam sit praeteriri, nec animis Macedonum convere nec tempori rerum. Esse e Barsine filium regis, ic diadema dandum.“ Quam Nearchi sententiam nemo irabitur, qui Barsines et Mentoris filiam ei nuptam fuisse eminit. Maioris momenti ad posteriorem Nearchi vin cognoscendam est Diodori locus (XIX. c. 19. cf. Manrt. hist. success. Alex. p. 115.), ubi traditum est, brevi te cruentissimum praelium (Ol. CXVI. 1.), quo Eumenes captus est et trucidatus, Antigonum, per Cossaeos Mediam Pythonis provinciam redire coactum, copiam partem Nearcho per montes in Mediam ducendam adidisse. Unde colligitur, turbulentissimis temporibus, iibus Antigonus et Eumenes vario Marte de summa rem in Asia certarent, Nearchum ab Antigoni fuisse parous. Praeterea neque apud Diodorum neque apud ium quemquam scriptorem de Nearchi vita quicquam t memoratum [1]).

Nearchi vita exposita ad eius scripta licet transgredi. ost acutam vero et doctam Vincentii dissertationem eo-

1) Nescio quo errore factum sit, ut Fabric. Bibl. Gr. III. p. . Philostrato teste Nearchum in oppido Pattala prope ad Indum pultum perhiberet. Apud Philostratum enim nihil prorsus ea de legitur. —

rum refutatione facile possumus supersedere, qui Do-welli ratiocinationibus capti navigationis descriptionem quae apud Arrianum extat, Nearcho auctori abiudicarunt [1]), praesertim quum Plinii locus, quo Dodwelli allucinationes maxime nituntur, supra iam a nobis tractatus sit. Verum enim vero alius error hoc loco est refellendus ab eodem Dodwello iam commissus et a Schmiedero aliisque recentioribus viris doctis repetitus. Schmiederus enim (Praefat. ad Arr. Exp. Alex. p. XXXIII.) de Nearchi scriptis haec prodidit: „Praeter hunc librum (τὰ ἀμφὶ τὸν παράπλῳ) scripsit, Suida teste, συγγραφὴν ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου praeter omne dubium, quod iam video Dodwellum (Diss. geogr. vett. scriptt. minor. T. I. p. 140. §. 10.) contra Fabricium confirmare. Erat ille paraplus vel liber singularis et diversus ab historia Alexandri, vel, ex sententia Dodwelli, lacinia duntaxat maioris operis; quod vir doctus eo probat, ut Strabonem pluribus locis ita laudatis ex Nearcho quaedam descripsisse ostendat, quae ad paraplum pertinuisse nemo credere possit. Iis locis Strabonis addo alios Arriani l. VI. c. 13. §. 10. VII. c. 3. §. 8. Et haec quaeso quid ad paraplum?“ Haec Schmiederus. Videamus igitur ipsos locos et Strabonis et Arriani, quibus hi viri hanc sententiam probare studuerunt. Strabonis loci a Dodwello citati sunt quattuor. Primo (T. IV. p. 554.) Geographus Nearchum narrasse scripsit, quattuor potissimum populos praedatores, Mardos, Uxios, Elymaeos et Cossaeos tributa a Persarum regibus exegisse, e quibus Cossaei munera etiam acceperint, quoties rex aestate Ecbatanis transacta in Babyloniam descenderit. Horum vero audaciam ab Alexandro per hiemem eos adorto eversam esse. Altero loco (T. VI. p. 6.) ab eodem Nearcho affertur, Alexandrum in molestissimo itinere per Gedrosiam suscepto Semiramidem ac Cyrum esse aemulatum, qui eandem viam in expeditione Indica ingressi essent [2]). Tertio loco (T. VI. p. 22.) inter vi-

1) Perquam sane miratus sum, quod recentissimo etiam tempore doctissimus Petrus de Bohlen. (de Vet. Ind. I. p. 68.) Dodwelli erroribus est adstipulatus. — 2) Idem narrat Arr. Exp. Alex. V

as sententias de Indiae magnitudine propositas quid earchus eadem de re scripserit commemoratur. Quarto enique loco (ibid. p. 40.) Nearchus arborem laniferam iasque Indiae plantas memoratu dignas attigit. His itur Strabonis locis Schmiederus duos alios Arriani addit, quorum altero (Exped. Alex. VI. c. 13. §. 10.) riptor, ubi Alexandri a vulnere apud Mallos accepto nati adventum in castra et ingentem militum ea de re etitiam descripsit, haec addit: *Νέαρχος δὲ λέγει ὅτι χαποὶ αὐτῷ (Ἀλεξάνδρῳ) τῶν φίλων ἐγένοντο ὅσοι ἐκάκιζον, τι αὐτὸς πρὸ τῆς στρατιᾶς κινδυνεύοι· οὐ γὰρ στρατηγοῦ ῶτα, ἀλλὰ στρατιώτου εἶναι.* Altero denique loco bid. VII. c. 3. §. 8.) Arrianus in Calani Gymnosophistae orte memoranda ad Nearchi testimonium provocavit. —)uid igitur? Nonne ex his locis luculenter apparet, Nerchum libris suis etiam res tractasse, quae ad navigaonis descriptionem nihil pertinerent? Quid quod loci Dodwello et Schmiedero allati multis aliis id genus augeri ossunt. Eundem enim Nearchum nunc de elephantorum aptura et pretio (ap. Strab. T. VI. p. 93.), nunc de erpentibus Indicis (ib. p. 96.), nunc de pluviis ac nivius eiusdem terrae (ib. p. 32.), nunc de Brachmanorum t reliquorum Indorum moribus et institutis (ib. p. 441. — 45.) rolixius egisse scimus. — At vero num ex omnibus his ocis consequitur, Nearchum seorsum a navigationis decriptione singularem librum de Alexandri rebus concripsisse? Immo quoniam constat, Arrianum et Straonem iisdem saepe locis tum de navigationis descriptione im aliis de rebus, quae ad navigationem nihil pertinere iderentur, eodem Nearchi testimonio usos esse, neque llo loco indicasse, alia alio libro ab eo tractata esse: none vel hinc eodem Nearchi libro et navigationis et aliaum rerum descriptionem comprehensam fuisse probabile fit? Etenim nemo nobis persuadebit, siquidem revera Nearhus praeter navigationis descriptionem singularem librum

---

. 24., qui addit: *τοῦτο μὲν μόνος Νέαρχος λέγει ὧδε.* De huius narrationis fide cf. Droysen. Hist. Alex. p. 468. et 475. ann. 9. —

de Alexandri rebus edidisset; Arrianum in Historia qui-dem Indica alterius libri auctoritatem ubique sequutum esse, alterum vero in Expeditione Alexandri ne verb quidem attigisse. Nec Strabo solum et Arrianus, sed etiam Plutarchus, Diodorus et quotquot Alexandri re sequiori aetate tractaverunt, Nearchum Alexandri rerum scriptorem omnino ignorant. De Suidae autem loco Schmiedero in partes vocato quid statuendum sit, facil unicuique apparebit, qui integrum hunc locum oculi duntaxat lustraverit. Nimirum Lexicographus (v. Νέ-αρχος) haec habet: Οὗτος ξυνεστράτευσεν Ἀλεξάνδρῳ, κα συγγραφὴν συνεγράψατο ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου· ἐψεύσατο δ ναύαρχον ἑαυτὸν ἀναγράψας εἶναι κυβερνήτη ὤν. Quis vero non primo statim obtutu videt, ve Suidae vel grammaticorum oscitantia Nearchum hoc loc turpiter cum Onesicrito confusum esse? Neque enim du-bitari potest, quin haec Suidae verba ex Arriani loc (Exp. Alex. VI. c. 2. §. 6.) supra (c. IV. p. 20.) allat inepte exscripta sint.

Quodsi his omnibus certissime evincitur, temer Nearcho duos singulares libros tribui, quibus diversa argu-menta tractata sint; quaeritur iam, quale unius veri libr fuerit argumentum? Cui quaestioni haud difficile es paucis satisfacere. Primum enim inter omnia huiu libri fragmenta, quorum haud pauca apud Arrianum e Strabonem extant, ne unum quidem reperitur, quod a Alexandri res ante expeditionem Indicam gestas iure re-ferri queat. Immo quaecunque de Alexandri rebus Nearcho prodita sunt, ad unum temporis spatium per-tinent, quod inter reditum ex India et regis mortem es interiectum. Huc spectant fragmenta illa de Alexandri apud Mallos vulnerato, de itinere per Gedrosiam sus-cepto, de Calani Gymnosophistae interitu, de Cossaei ab Alexandro per hiemem devictis et oppressis; huc de-nique pertinent, quae de terrarum situ et magnitudine de populorum moribus, de plantarum, animalium natur aliisque rebus memorabilibus auctor exposuit. Nequ enim ullum Nearchi scriptorum fragmentum, earu

gentium ac terrarum ordinem atque numerum excedit, quas navigatio ab Hyphasi usque ad Pasitigrin Nearcho duce peracta aliquatenus attingebat. Quare huius libri argumentum ita fere nobis videtur dispositum fuisse, ut navigationis quidem descriptio totius operis cardo esset, cui secundaria accederet earum rerum narratio, quae ad navigationem illam plus minus viderentur pertinere. Itaque nihil mirabimur, quod neque Indicarum rerum accuratiore descriptione voluit supersedere, quoniam India totius navigationis causa et caput habenda est, neque ea praetermisit, quae intra huius navigationis tempus Alexandro et exercitui pedestri usu venissent. — Quodsi haec vere sunt disputata, sponte consequitur, apud Arrianum in Historia Indica (c. XX.—XLIII.) non integrum hoc Nearchi opus, sed primariam tantum eius partem esse conservatam. Reliqua vero parte Arrianus ita videtur usus esse, ut quae memoratu digna a Nearcho memorata essent, data occasione cum aliorum auctorum narratione mixta vel Historiae Indicae vel Alexandri Expeditioni intexeret. Ita in Historia Indica (XIX. §. 8.) ipse Arrianus, ubi et hoc et antecedente capite exposuit, quomodo fuisset instructa Alexandri classis quae Hyphasin et Indum pernavigasset[1]), de reliqua huius navigationis narratione lectores ad Expeditionem Alexandri a se scriptam ablegavit. Unde colligitur, quomodo factum sit, ut uno sexto Expeditionis Alexandri libro, quippe quo haec navigatio prolixius narrata esset, bis Arrianus ad Nearchi auctoritatem provocaret, neque potest dubitari, quin magna huius libri pars ex Nearchi commentariis fluxerit.

Nearchi fidei in Indicarum certe rerum descriptione haud multum sane credendum esset, si Strabonis iudicium sequeremur, apud quem (T. I. p. 188.) ea de re haec leguntur: Ἅπαντες μὲν τοίνυν οἱ περὶ τῆς Ἰνδικῆς γράψαντες,

1) In his quoque Arrianus Nearchum, ὃς τὰ ἀμφὶ τῷ παράπλῳ ἀνέγραψεν sequutus est. Cf. Hist. Ind. XVIII. §. 4. et Exp. Alex. VI. c. 28. §. 10.

ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ψευδολόγοι γεγόνασι, καθ' ὑπερβολὴν δὲ Δηΐμαχος· τὰ δὲ δεύτερα λέγει Μεγασθένης, Ὀνησίκριτός τε καὶ Νέαρχος καὶ ἄλλοι παραψελλίζοντες ἤδη. Contra hanc severiorem censuram verissime iam Vincentius illud monuit, quae Strabonis aetate vix credibilia Nearchus narrasse visus esset, recentiorum observationibus ita esse confirmata, ut eius diligentiam et veracitatem admirari et collaudare potius quam fidem infamare deberemus [1]). Quam diligenter vero Nearchus verae ac sincerae rerum narrationi ubique studuerit, etiam illud luculento est testimonio, quod, ubi quidpiam non satis certo ipsi est exploratum, non solum ingenue hoc professus est (cf. Hist. Ind. XV. §. 1. et 4. XL. §. 9.), sed etiam in refutandis fabularum ineptiis plurimam operam posuit. (cf. ibid. c. XXXI.) Ut vero Nearchus quoque rerum novitate deceptus nonnulla minus vere tradiderit, minime profecto data opera ille, ut vulgo opinantur, mendacia est fabricatus, quod abhorret etiam ab strenua quam per totam vitam prae se tulit probitate et gravitate. —

1) Megasthenis quoque fidem minus vere hoc loco perstrinxisse Strabonem, docte probavit Bohlen. de Vet. Ind. I. p. 73. Idem v. d. pluribus locis (cf. l. c. I. p. 15. et 16. II. p. 52.) quae a Nearcho tradita sunt vel ex recentiorum observationibus vel ex ipsis Indorum scriptis ut verissima evinci docuit. —

Ego Samuelis Robertus Geier, a. d. XII. Cal. Dec. anni MDCCCX. Nebrae, Thuringiae oppidulo, natus sum patre Joanne Godofredo Samuele Geiero, mercatore, qui per turbulentos belli Franco-Gallici annos usque ad recentissima tempora patriae urbis rebus administrandis strenue semper praeerat, et matre Christiana Friderica Augusta, ex gente Uferiana oriunda, quae et probitatis ac pietatis et omnium quae feminam maxime decent virtutum exemplar uno ore ab omnibus habetur et diligitur. Qui quidem parentes saluti meae perpetuo ita consulebant, ut, quaecunque ad mores et ingenium excolendum valere viderentur, nullis sumptibus ac laboribus parcentes affatim mihi praeberent et conciliarent. Etenim quum primis litterarum latinarum rudimentis instituendum me curassent a sene maxime venerabili Christ. Gottl. Rittero qui patriae urbis rebus sacris praeest, et a Carolo Webero, affine meo, qui Altenrodae sacrorum antistitis munere fungitur, puerum undecim annos natum viri omni pietate mihi colendi Magni Krafftii disciplinae tradiderunt, qui senex quidem annis iuvenili ferme cum vigore scholam Donndorpiensem regit. Cui quidem praeceptori mei amantissimo quum alia innumera tum illud debeo, quod Porta mihi quoque alma mater facta est. Triennio enim in egregio Donndorpiensi litterarum ludo et laetissime et utilissime peracto Krafftii commendatione mihi contigit, ut inter clarissimae illius scholae alumnos reciperer, ex qua quot quantaque etiam in me fluxerint beneficia verba non suppetunt quibus eloquar. — Appelasse sufficit carum Ilgenii caput

et Langii venerandum nomen, quorum nunc quidem defunctorum clara memoria Portam clarare nunquam desinet; meminisse sufficit Wolfii, Neuii, Steinhardtii, Wexii, quos Graecarum et Latinarum litterarum praeceptores sortitus sum, et Jacobiorum fratrum, qui saluti meae singulari et paterno cum amore semper prospexerunt. Profecto vel sola horum virorum nomina tot tantorumque bonorum recordationem animo meo excitant, ut grata temporis illius memoria, per quod scholae Portensi addictus eram, nihil vel antiquius vel suavius mihi unquam existere possit.

Per quinquennium igitur et semestre disciplina Portensi fruitus eximia professorum Halensium celebritate accitus illustrem hanc Academiam altiorum studiorum palaestram mihi elegi, eiusque institutione per quadriennium ita usus sum, ut primum quidem parentum maxime voluntati obsequutus in theologiam incumberem, mox vero, antiquarum litterarum dulcedine iam pridem captus, egregiis Meieri et Bernhardyi lectionibus auditis totum me philologicis studiis dederem. Ad quod consilium firmandum haud minimum fecit ipsa singularis horum virorum erga me humanitas et liberalitas, quibus privatis meis studiis moderandis et adiuvandis ubique praesto erant, nec solum doctrinae copia sed etiam sermonum urbanitate et sale quid intima antiquitatis studia possent optime comprobabant. Deinde quum persuasum semper haberem, sicuti recentiora tempora et litterae sine antiquitatis scientia vere intelligi et iudicari nequirent, ita ex recentiorum historiarum et litterarum notitia haud mediocre emolumentum ad antiquitatis studia redundare: egregium fructum percepi tum ex historica societate, quae felicissimis Voigtelii auspiciis regitur, tum ex H. Leonis lectionibus, quibus summa cum voluptate semper intereram. —

SENTENTIAE CONTROVERSAE.

I.

Falli et qui Callisthenis Olynthii commentarios de Alexandri M. rebus scriptos post illius mortem interpolatos esse opinentur, et qui, quae apud Tzetzam ex eodem scriptore afferuntur, ad genuina eius scripta referant.

II.

Veros Callisthenis commentarios ante tempora substitisse, quibus Amazonum regina ad Alexandrum adventasse narretur.

III.

Ex Polybii loco (XII. c. 23.): „Ἐκεῖνος μὲν οὖν (Καλλισθένης) ἀποθεοῦν Ἀλέξανδρον οὐκ ἐβουλήθη" particulam οὐκ cum Reiskio eiiciendam.

IV.

Quod Diodorus (XVII. c. 72.) et Curtius (V. c. 7.) per Thaïdem pellicem factum esse narrent, ut Alexander Persepolis regiam flammis everteret, pro Clitarchi commento habendum esse.

V.

Anaximenes Lampsacenus quod ap. Valer. Max. (VII. c. 3. §. 4.) et Suid. (v. Ἀναξιμ.): „Alexandri M. praeceptor" nuncupetur, ad Ῥητορικὴν πρὸς Ἀλέξανδρον ab eo conscriptam esse referendum.

VI.

Lepidissimam fabulam, quam de Zariadre et Odati Chares Mytilenaeus (ap. Athen. p. 575. A. sqq.) decimo libro consignaverit, pro episodio habendam esse, quod idem scriptor Susianarum nuptiarum descriptioni intexuerit.

VII.

Longini locum (de Sublim. Sect. III. §. 2.) cum Toupio ita legendum esse: „καὶ ἔτι μᾶλλον τὰ Κλειτάρχου (γελᾶται). — Φλοιώδης γὰρ ὁ ἀνὴρ, καὶ φυσῶν κατὰ τὸν Σοφοκλέα οὐ σμικροῖς μὲν αὐλίσκοις, φορβειᾶς δ' ἄτερ. —

VIII.

Quod Ptolemaeus Lagida Σωτὴρ *cognominatus sit, non ex Charetis loco (ap. Athen. p. 165. C.) cum Santo-Crucio (Exam. Crit. p. 517. ann. 2.) sed ex Diodori narratione (XX. c. 100.) cum Pausania (Attic. C. VIII. §. 6.) esse derivandum.*

XI.

Locum Suetonii (Caes. c. 58.): „nisi ante p e r s e portus et navigationem explorasset" ita esse emendandum, ut pro v. p e r s e scribatur o p e r o s e.

DE

TYRO AB ALEXANDRO MAGNO OPPUGNATA ET CAPTA.

QUAESTIONES DE FONTIBUS
AD ALEXANDRI MAGNI HISTORIAM PERTINENTIBUS.

DISSERTATIO INAUGURALIS HISTORICA
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
IN
ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE ALBERTINA
REGIMONTANA
AD
SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE CAPESSENDOS
DIE XXXI. MENS. JUL. A. MDCCCLXXXVI
HORA XII.
UNA CUM THESIBUS ADIECTIS PUBLICE DEFENDET
AUCTOR

MAXIMILIANUS GLUECK
TILSENSIS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:
GUSTAVUS SOMMERFELD, STUD. HIST.
EMILUS REICKE, STUD. HIST. ET GEOGR.

REGIMONTI.
EX OFFICINA LIEDTKIANA.
MDCCCLXXXVI.

Matri carissimae

sacrum.

Multi viri doctissimi huius praesertim aetatis fontes, qui exstant de Alexandri Magni rebus, perscrutati sunt, sed nondum de omnibus illis rebus ad certum pervenimus iudicium. Cuius rei causae, ut mihi quidem videtur, haud facile possunt intelligi. Ille quoque, qui nuperrime de hac re scripsit, dico A. Fraenkelium[1]) longius in hanc sententiam disputavit. Dixit enim omnes omnino libros, qui de rebus ab Alexandro Magno gestis conscripti sint, dubii esse pretii omnesque haec vitia habere:[2]) primum quidem eos qui de his rebus scripserint neque satis diligenter fontes perlegisse, neque eos eorum qui recentioribus temporibus eandem rem tractaverint, rationem quam deceret habuisse. Denique, quod sit gravissimum, illos non iudicio sed arbitrio vago vanaque specie de singulis locis fontium sententiam dixisse. Haud iniuria Fraenkel, quod ad illos pertinet; sed maxima vitia, quibus laborant, non videt et quae illis vitio dat, ipse commisit, et in nonnullis rebus etiam magis vituperandus est. Et mihi oro, ut veniam detis, si quid in re difficillima minus recte fecero.

---

1) A. Fraenkel: Die Quellen der Alexanderhistoriker, Breslau 1883.

2) id. p. 4.

Summa quidem diligentia Fraenkel omnia, quae usque ad nostra tempora de fontibus ad Alexandri Magni historiam pertinentibus scripta sunt, conferre conatus est: attamen non pauca eum fugerunt, quibus inspectis aliter iudicaturus fuerit.[3])

Ratio et via quoque, qua Fraenkel usus est, et si de universo eius opere nobis iudicandum, et si de singulis rebus opinio dicenda est, haud admodum laudari possunt. Neque enim iudicium eius incorruptum atque integrum est neque sententiis abstrusis et iis quas veras esse nemini nisi ipsi ipsi persuasit, ita abstinet, ut postulare debemus.

Quantum equidem iudicare possum, maximum vitium eorum, qui adhuc de Alexandri Magni rebus gestis scripserunt, Fraenkel praetermisit vituperare: nihil enim illi antiquius habuerunt, ut quasi uno ictu nodum solverent neque satis intellexerunt, quanta opus esset circumspicientia in hac re difficillima, quamque multum abesset, ut totam rem diiudicare possemus. Nondum enim, si id nobis dicere licet, fundamenta aedificii exstructa sunt: pauca sunt adhuc, quae omnibus probentur et a quibus egredientes de ceteris recte opinari possimus. Neque enim de singulis quaestionibus satis adhuc constat, quod pauci de singulis disseruerunt. Nobis quidem persuasum est nullum de historia Alexandri Magni iudicium certum

---

[3]) Fraenkel et locos quosdam veterum historicorum praetermisit, quibus inspectis certius de rebus quibusdam iudicare potuit et nonnullos libros recentiore aetate scriptos, qui ad hanc quaestionem magni sunt momenti. Videtur enim nec Broeckeri: „Untersuchungen über Diodor," Gütersloh 1879, nec eiusdem „Moderne Quellenforscher und antike Geschichtsschreiber," Innsbruck 1882, nec Vogel: „Ueber die Quellen Plutarchs in der Biographie Alexanders, Progr. Colmar 1877, nec Crohni: „De Trogi Pompei apud antiquos auctoritate," Argentorati 1882 novisse.

et immutabile nobis fore, quoad fieri possit in magna inopia fontium primariorum, nisi prius de minoribus partibus accurate et diligenter omnia quae afferri possunt afferantur.[4]) Nondum enim satis de tribus illis proeliis, quibus de regno Persarum decernebatur, quaesitum est, praecipue de pugna apud Issum [5]) commissa operaeque mihi pretium videtur esse haec diligentius quam factum est pertractari. Neque vero de obsidionibus urbium, si quis accuratius dissereret, inutile sit, praesertim de Thebarum et Tyri obsidione.

Itaque nobis in animo est, quae de Tyro ab Alexandro Magno oppugnata et capta memoriae tradita exstant, singillatim perscrutari. Cum in disputatione nostra saepius nobis cum Fraenkelio res futura sit, hoc loco nonnullas eius opiniones graviores examinare operae pretium est. Quoniam vero non meum est omnes eius sententias, quamvis falsae et perversae pleraeque sint refutare [6]), praesertim cum in quaestione ipsa non raro occasiones nobis afferantur plures eius coniecturas diligentius tractandi, de iis Fraenkelii opinionibus agamus,

---

[4]) Simili modo iudicavit Petersdorff in libello suo: „Eine neue Hauptquelle des Q. Curtius Rufus," Hannover 1884 p. 64.

[5]) De pugna apud Issum commissa Callisthenis fragmentum apud Polybium XII. 17 sqq. habemus.

[6]) Refutavit ante nos Petersdorff l. c. in extrema parte libelli sui, ubi de Fraenkeli opere iudicium profert, nec non Evers, qui et ipse Fraenkeli librum recensuit in: „Mitteilungen aus der historischen Litteratur" ed. Hirsch, 1884, vol. XII p. 303 sqq.; atque perfectius etiam in: „Wochenschrift für klassische Philologie" 1884, p. 385 sqq. Conf. iudicium quod de Fraenkeli opere H. Crohn fecit in: „Berliner philologische Wochenschrift" 1884 p. 323 sqq. Minus accuratum est fideque caret, quod ex eo profectum est, quod ille re a Fraenkelio tractata modo leviter imbutus esse videtur. Melior est extrema pars commentationis Crohni.

quas antequam ipsi quaeramus de re praeposita necesse est pertractari.

Quaeritur de § 2 apud Fraenkel (l. c. p. 12), ubi ille disserit, quomodo Curtius fontibus suis usus sit, nec non quaerit, qui sint Curtii Diodori Iustini fontes. Prior illius quaestionis pars hoc loco examinari non potest, cum demum in extrema parte quaestionis nostrae recte de ea iudicare liceat; quod vero ad alteram attinet mireris, quid de fontibus Curatii Diodori Iustini ille (l. c. p. 13) dixerit: cum enim nonnulla Clitarchi fragmenta cum Curtii et Diodori libris consentiant, statuit Fraenkel Curtium nec non Diodorum artissimo complexu cum Clitarcho cohaerere, ubi qaestio oritur, utrum illi Clitarchi libro ipso an retractato et aucto usi sint.

Non Clitarchi librum ipsum in manibus eorum fuisse iam Koehlerum [7]) censuisse. Ille enim vir doctus [8]), qui Laudien [9]) et Kaerst [10]) acerbissime carpat, quod et ab arte critica recte adhibenda et a fontibus accuratius pertractandis valde abhorreant, ipse sui vitii specimen dat spectandum. Si enim Fraenkel omnem fontium molem adhibuisset, ut ipse de se non semel praedicat, fugere eum non potuit, Diodorum non in quattuor locis libri XVII sed in octo: 23,1; 65,5; 73,4; 75,3; 81,1; 103,7; 117,5; 118,2 de relationibus auctorum suorum inter se discrepantibus vel singularibus dicere. [11]) Tum Fraenkel

---

[7]) Koehler: Eine Quellenkritik zur Geschichte Alexanders des Grossen in Diodor, Curtius und Justin. Diss. Leipzig. 1879.

[8]) Fraenkel: l. c. p. 6.

[9]) Laudien: Ueber die Quellen zur Geschichte Alexander d. Gr. in Diodor, Curtius und Plutarch. Diss. Leipzig. 1874.

[10]) Kaerst: Beiträge zur Quellenkritik des Q. Curtius Rufus. Diss. Gotha. 1878.

[11]) Broecker: Mod. Quellenforscher etc. p. 31.

(l. c. p. 14) — ut enim accuratius rem perspicere possimus necesse est ipsius verba proferre — haec dicit: „Da nun einerseits, wie Koehler annimmt, es nicht in der Art Diodors lag, selbst zwei verschiedene Versionen zusammenzustellen, andererseits aber auch Klitarch schwerlich nach Koehlers Meinung zwei Berichte über dasselbe Faktum gab, sondern alles ganz positiv, als wäre er überall selbst Zeuge gewesen, darstellt: so schliesst Koehler, dass die doppelten Berichte bei Diodor weder von Clitarch noch von Diodor, sondern von einem Bearbeiter des Clitarch herstammmen". Si vero Koehleri ipsum librum inspicimus, hoc videmus: primum quidem minime Koehleri est opinio: „Dass es nicht in der Art Diodors gelegen habe etc."; nam ille aperte dicit (l. c. p. 18) iam Cauero [12]) — quod ad librum XI usque ad XVI Diodori attinet — probatum esse argumentis certis, plerumque, si Diodorus duas afferat relationes de singulis rebus, iam in fonte eius duas sententias allatas esse; de libro XVII Diodori Pertersdorffium [13]) idem comprobare conatum esse. Alius deinde error Fraenkeli est, quod Koehlerum dicit existimare ne Clitarchum quidem de rebus quibusdam duplicem attulisse narrationem sed: „Dass dieser alles ganz positiv, als wäre er überall selbst Zeuge gewesen, darstelle." Koehler (l. c. p. 19) hanc sententiam verbis non aliter accipiendis Droysenio [14]) adscribit.

---

[12]) Cauer: Quaestiones de fontibus ad Agesilai historiam pertinentibus. Breslau. 1847.

[13]) Petersdorff: Diodorus, Curtius, Arrianus quibus ex fontibus expeditiones ab Alexandro in Asia usque ad Dari mortem factas hauserint. Diss. Gedani. 1870.

[14]) Droysen: Geschichte des Hellenismus I. 2[2] p. 406.

Quoniam quae sequuntur apud Fraenkelium E. Evers[15]) satis refutavit, praetermissis eis ad eam partem Fraenkeli libri accedo considerandam (l. c. p. 22) in qua auctor ad multas illas discrepantias, quae inter Curtium et Iustinum sunt, explanandas de pluribus retractationibus libri Clitarchi sententiam dicit. Quas quatuor fuisse statuit. Ut recte de diversis retractationibus libri Clitarchi iudicemus operae pretium videtur esse hanc quaestionem ab origine exquiri. Diodorum et Curtium non fontes primarios, dico Callisthenem Onesicritum Clitarchum in manibus habuisse sed retractationes librorum eorum primus mihi videtur Laudien dixisse.[16]) Dilucidioribus verbis expressit eam sententiam Droysen.[17]) Is enim verisimile esse dicit: Diodorum non Clitarchi libro ipso sed retractatione eius usum esse, quae occasione data narrationem a libro ipso discrepantem commemorasset. Apertius et, ut ita dicam, audacius haec sententia de retractatione quadam libri Clitarchi a Koehlero prolata est[18]) qui plus quam semel librum Clitarchi in novam formam redactam esse contendit. Qua Koehleri sententia Fraenkel commotus esse videtur, ut mira illa iudicia de fontibus, e quibus Diodorus Curtius Iustinus hausissent, proferret. Censet enim ille vir doctissimus nec Curtium nec Diodorum nec Iustinum Clitarchi libro ipso usos esse, sed e retracationibus modo illos hausisse ita, ut proxime accedat ad Clitarchi librum ipsum liber quam Diodorus exscribat, qui nisi in paucis rebus a Clitarcho non discrepet. Quam retractationem libri Clitarchi ab alio auctore in eam formam redactam esse,

---

[15]) Evers: Wochenschrift für klass. Philologie 1884, p. 386 sqq.
[16]) Laudien: l. c. p. 39 et 40.
[17]) Droysen: l. c. I. 2². p. 406 et 407.
[18]) Koehler; l. c. p. 19 et 46.

quam apud Iustinum et Curtium invenimus. Sed nec Pompeium Trogum nec Curtium hac altera retractatione libri Clitarchi usos esse, sed ex illa et fontem Curtii et fontem Trogi hausisse.[19]) Qui diligentius hoc perspexerit, nonne is miretur, unde Fraenkelio in mentem venerit, affirmare Diodori Curtii Iustini libros e Clitarcho solo neque vero ex alio fonte derivatos esse. Quamquam semel iterumque Fraenkeli librum evolvi magnamque curam adhibui, ne minimum quidem argumenti probabilis vestigium invenire potui quo haec opinio mihi probari potuerit.[20])

Atque quod de hac sententia Fraenkeli diximus, de omnibus fere viri docti dici potest, eas vel per se non verisimiles esse vel facile argumentis ad absurdum duci posse. Itaque nemo eis fidem habebit, qui librum Fraenkeli legerit. Consentiunt mecum in ea re Petersdorff[21]) neque minus Evers[22]), qui vel aperte monet, ne quis temere credat illi. Neque Crohn[23]) in fine commentationis suae aliquot opiniones Fraenkeli probavit, cum in aliis rebus Fraenkelium laudibus non meritis extollat. Nobis quoque in animo est data occasione nonnulla, quae Fraenkel falsa iudicavit, refutare.

Priusquam autem ad propositum transeamus pauca verba de fontibus facienda sunt. Cum omnes auctores primarii ad historiam Alexandri Magni spectantes paucis

---

19) Fraenkel, l. c. p. 22.

20) Idem iudicat Evers l. c. p. 387. Ad illa quae Evers de hac re monuit equidem hoc afferam. Vellem Fraenkel accuratius disseruisset, quibus temporibus illas rectractationes libri Clitarchi scriptas esse crederet.

21) Petersdorff: Eine neue Hauptquelle etc. p. 51 sqq.

22) Evers: Wochenschrift für klass. Philologie p. 392.

23) Crohn: Berl. philol. Wochenschrift p. 328.

fragmentis exceptis perierint ad historiam illius aetatis pertractandam dam nisi fontibus derivatis utinon possumus. Sunt autem hi: Arrianus in anabasi Alexandri l. II. 15, 6—24; Diodorus, bibl. hist. l. XVII. 40—47; Curtius l. IV. 2—4; Justinus l. XI. 10, 10 sqq.; Plutarchus, Alex. c. 24 et 25 quos scriptores ita collocamus et inter se comparamus, ut in altera parte Arrianus, in altera Diodorus sit, dum Curtius medius inter Arrianum et Diodorum est, cum multis in rebus cum utroque congruat. Justinus et Plutarchus ab Arriano Curtio Diodoro partim abhorrent partim cum iis congruunt. Partes autem quaestionis nostrae sunt septem: prima de Arriano et Diodoro, altera de de Curtio et Arriano, tertia de Curtio et Diodoro, quarta de tertio quodam Curtii fonte, quinta de Curtio et Justino, sexta de ratione qua Curtius fontibus suis usus sit septima de Plutarcho, sed de hac extrema parte nobis alio loco disserendum est.

§ I. De Arriano et Diodoro.

Arrianus et Diodorus, ut supra diximus, in eis rebus, quas de obsidione Tyri memoriae tradiderunt, valde inter se dissentiunt; apud Arrianum enim narrationem a parte Macedonum invenimus, dum auctor, quem Diodorus sequitur, cum Tyris stat. Qua de causa Arrianus magna Alexandri admiratione commotus omnia ea, quae gloriam regis minuant, vel reticet vel de industria mutat. Nihilominus Arrianus, si eius, scriptoris rerum Alexandri Magni, rationem habemus, magni aestimandus est, sed interdum aliis fontibus suppleri et corrigi debet.

Multum ab Arriano abhorret Diodorus. Sed antequam eius narrationem inquiram, liceat mihi pauca dicere de tempore, quo Diodorus bibliothecam suam conscripsit, et disputare quanti Diodorus rerum scriptor aestimandus

sit. Quod ad primum locum attinet, ille in libro I. 4. 1 ipse affirmat: *τριάκοντα μὲν ἔτη περὶ αὐτὴν ἐπραγματεύθημεν;* orsus est bibliothecam Caesare mortuo. Sed cum a Mommsenio[24]) demonstratum sit, librum XVI non ante $733/_{21}$ scriptum esse, equidem opinor bibliothecam inter annum XL et X fere a. Chr. n. conscriptam esse. De paucis scriptoribus Graecis vivi nostra aetate docti tam inique iudicaverunt quam de Diodoro, et id quidem propterea, ni fallor, quod B. G. Niebuhr primus tam male de illo indicavit. Huc accedit, quod ii, qui de opere Diodori indicium faciebant, rationem non totius bibliothecae habebant, sed modo pauca capita perspexerunt, in quibus melius versati erant, quam ipse Diodorus.

Huic contemptioni Agyrinaei nuper L. O. Broecker[25]) obstitit. Qui vir doctissimus iudicia inde a Niebuhrio de Diodoro facta composuit atque id agit, ut iniquum iudicium de Diodoro nullo modo comprobandum esse demonstret. Ante Broeckerum iam Holm[26]) in Diodori partes transierat, qui Diodorum in eadem re tradenda diversis fontibus usum esse probavit. Holmo et Broeckero assensus est E. Evers in commentatione quae inscripta est: „Ein Beitrag zur Untersuchung der Quellenbenutzung bei Diodor, eine Festschrift zur Feier des 50jähr. Jubiläums der Königstädtischen Realschule zu Berlin 1882.[27]) Etiam Ranke[28]) simili modo ac Broecker de Diodoro iudicat.

---

24) Mommsen: Römische Forschungen II. p. 267 et 549 n.

25) Broecker: Mod. Quellenforscher etc. p. 61—66, 75, 81, 86.

26) Holm: Geschichte Siciliens vol. II. p. 340 sqq.

27) Commentationem ipsam consequi non potui, novi modo ex censura E. Bachofi in: „Philol. Rundschau,“ 1883 et Schneideri in: „Mitteilungen aus der hist. Litteratur,“ ed. Hirsch. Berlin 1883.

28) Ranke: Weltgeschichte III², p. 42 sqq.

Sin autem cum Holmo Broeckero Rankenio Everte in Diodori partes transgredior in ea parte bibliothecae, quae attinet ad obsidionem Tyri, in angustum venio. Nam cum narrationem de Tyro oppugnata et capta apud Diodorum cura et diligentia examinemus eamque cum iis, quae Arrianus et Curtius de eadem re memoriae tradiderunt, accurate comparemus statuendum nobis est, Diodori relationem nequaquam perspicuam esse. Diodorus enim homines et res confundit, non pauca omittit et in contrahendis fontibus quibus utitur graves errores commisit. Qua de causa nemo est, qui Di dorum quod attinet ad hanc partem bibliothecae laudet, etiamsi errores quosdam eius fonti vitio dare debemus. Tantum abest, ut Diodorum hoc loco laudemus ut eum valde vituperandum esse censeamus. Narratio enim de Tyro ita confusa est, ut res in obsidione gestas perspicere nequeamus. Apud Diodorum enim, ut certa omittamus, quae et Arrianus et Curtius confirmant, modo portenta ac miracula inveniuntur, praeterea talia facta quae praecipue pertinent ad res in ipsa Tyriorum urbe, in primis remedia, quae obsessi in defensionem comparabant. Quarum rerum auctor quo Diodorus hic utitur haud ignarus est, atque haud dubie ad hominem spectat, qui res in urbe ipsa occulis suis vidit. Imprimis quidem similiter ac in obsidione Thebarum assiduitas et virtus Tyriorum praedicatur, sed auctor, quo Diodorus hac in parte utitur, haud sane est obtrectator Macedonum virtutis [29]). Qua de causa nobis persuasum est auctorem, quem Diodorus hoc loco sequitur, sine ira et studio narrasse. Ex eis quae Arrianus et Diodorus de oppugnatione Tyri memoriae tradiderunt separari possunt haec, quibus de una eademque re agitur:

---

29) cf. Diod. XVII, 45, 6 et 46, 2.

Alexander Tyrum proficiscitur (Arr. II. 15, 5 et Diod. XVII. 40, 2) Rex urbem intrare vult Herculi sacrificaturus. (Arr. II. 15, 7 et Diod. 40, 3). Tyri illum in urbem non admittunt. (Arr. II. 16, 7 et Diod. 40, 2). Simulac vero Tyriorum responsum renunciatum fuit, rex indignatus oppugnationem urbis constituit. (Arr. II. 16, 8 et 18, 1 et Diod. 40, 3).

Tyri oppugnatio laboriosa videtur, nam et urbs insula erat et altisque moenibus omni ex parte munita et Tyri mari plurimum pollebant, quod magnam navium vim habebant. (Arr. II. 18, 2 et Diod. 40, 4). Agger ex continenti ad urbem ducitur. Magna vis saxorum ad manum erat. (Arr. II. 18, 3 et Diod. 40, 5).

Postquam vero ad urbem ipsam aggerem appropinquarunt Tyrii diversis ex partibus adnavigant et difficillimam aggeris exstructionem reddunt. (Arr. II. 18, 5 et Diod. 42, 1). Magna aggeris pars diruitur. (Arr. II. 19, 5 et Diod. 42 5). Rex novum aggerem exstrui iubet, omni classe in urbem navigat, Tyrii proelium navale inire non audent. Tres omnino naves Tyriorum, quae ad extremas fauces positae erant, demerguntur. (Arr. II. 19, 6; 20, 9 et Diod. 42, 6--7; 43, 2—3). Tyrii nonnullas Macedonum naves improviso aggrediuntur. Alexander cum navibus quae aderant ad Tyrios portu egressos contendit. Tyrii velis versis portum petunt; sed extremis navibus amissis in urbem redeunt. (Arr. II. 21, 8 sqq.; 22, 4—5 et Diod. 42, 3—4). Pars quaedam moenium perfringitur, rex tentavit urbem oppugnare, Tyrii autem Macedones repulerunt. (Arr. II. 22, 7 et Diod. 43, 4—5). Admetus in impetu quodam interiit. (Arr. II. 23, 5 et Diod. 45, 6). Macedones et per nudata urbis latera in urbem irruunt et Alexander cum suis in murum descendit. (Arr. II. 23,

4—5 et Diod. 46, 2—3). Urbe expugnata Alexander Herculi sacrificat.

§ 2. De Curtio et Arriano.

Cum narratio de Tyri obsidione apud Curtium cum Arriano et Diodoro in multis rebus congruat, in quaestione nostra ordiemur a Curtio et ex eo omnes eas res separabimus, quae cum Arriano ad eundum fontem spectant. Sunt hi loci:

1) Curt. IV. 2, 10: Carthaginiensium legati ad celebrandum sacrum anniversarium more patrio tunc venerant.	Arr. II. 24, 5: *Καρχηδονίων τινὲς θεωροὶ ἐς τιμνὴν τοῦ Ηρακλέους κατὰ δή τινα νόμον παλαιὸν εἰς τὴν μητρόπολιν ἀφικόμενοι.*
2) Curt. IV. 2, 17: speciem sibi Herculis in somno oblatam esse pronuntiat dextram porrigentis: illo duce, illo aperiente in urbem intrare se visum.	Arr. II. 18, 1: *ἐνύπνιον αὐτῆς ἐκείνης τῆς νυκτὸς ἐδόκει αὐτὸς μὲν τῷ τείχει προσάγειν τῶν Τυρίων, τὸν δὲ Ἡρακλέα δεξιοῦσθαί τε αὐτὸν καὶ ἀνάγειν ἐς τὴν πόλιν.*

Accuratius de ea re mihi dicendum est in tractanda Plutarchi narratione.

3) Curt. IV. 2, 23: Igitur rex munientibus coria velaque iussit obtendi, ut extra teli iactum essent, duasque turres ex capite molis erexit, e quibus in subeuntes scaphas tela ingeri possent.	Arr. II. 18, 6: *καὶ οἱ Μακεδόνες πίργους ἐπάνω, τοῦ χώματας ἐπέστησαν δύο . . προκαλύμματα δὲ δέρρεις καὶ διφθέραι αὐτοῖς ἦσαν . . τσῖς τε ἐργαζομένοις προβολὴν ἐν τῷ αὐτῷ εἶναι πρὸς τὰ τοξεύματα ἅμα τε ὅσοι προσπλέοντες, τῶν Τυρίων . . . ἀπὸ τῶν πύργων βαλλόμενοι,*

Narratio apud Curtium paullum commutata et contracta est. Duae turres aggeri, qua plurimum in mare productus erat, imponuntur machinasque iis disponuntur. Coria et pelles iis erant tegimina, ut neque missilibus a muro peti possent et iis, qui in opere constituti erant, praesidio adversus telorum ictus essent.
4) Curt. IV. 3,2—4 et Arr. II. 19,1—5. Uterque

auctor congruit in narratione de navi bitumine ac sulphure illita, quam Tyrii in duas turres immiserunt: Arrianus autem uberius de hac re disserit.

Quod factum esse, dum Alexander in expeditione in Arabiamaberat, Curtius dicit. Fontem ad quem Curtius et Arrianus spectant unum ex duobus fontibus esse, quibus Arrianus praecipue utitur verisimile est. Est autem Aristobulus, ut paulo post demonstrabimus.

5) Curt. IV. 4, 10: Biduo deinde ad quietem dato militibus iussisque et classem et machinas pariter admovere.	Arr. II. 23, 1: Τρίτῃ δὲ ἀπὸ ταύτης ἡμέρᾳ . . . . ἐς τὸ ἔργον ἐπῆγε τῇ πόλει ἐπὶ τῶν νεῶν τὰς μηχανὰς . .

Petersdorff in dissertatione sua (p. 15 sqq.) qui nunnullos horum locorum inter se congruentium perspexit, opinatur Curtium hos locos omnes ex Ptolemaeo hausisse. Argumenta autem, quae Petersdorff protulit nullo modo comprobanda sunt. Ait enim (p. 20 sqq.) „si et Ptolemaei et Aristobuli fragmenta perspexeris illum res ab Alexandro gestas expeditiones, proelia, res bellicas narrasse, hunc praecipue terras, populos, plantas, fluvios descripsisse cognosces.“ Itaque ob hanc causam verisimile videri a Curtio illos locos ex Ptolemaeo exscriptos esse. Arrianum enim narrationi de Sisygambis deprecatione cum Curtio consentiente verba praeposuisse: *Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάγου λέγει,* unde satis apparere illam narrationem in Aristobulo defuisse, ob eamque causam a Curtio ex Ptolemaeo esse haustam. Tertium quidem argumentum Petersdorff opinionis suae protulit locum apud Curtium IX. 5,21 ubi hic ipse Ptolemaeum citaverit. At iniuria. Nam maiore cum probabilitate demonstrari potest hanc Petersdorffii opinionem, cui in duobus ultimis locis etiam Broecker [30]) consentit, falsam

[30]) Broecker: Moderne Quellenforscher etc. p. 10 et 11.

esse: atque primum quidem falsum est Aristobuli fragmenta praecipue terras populos plantas descripsisse, nam in decem fragmentis res bellicae traduntur id, quod iam Fraenkel[31]) recte notavit. Quod porro attinet ad supplicationem Sisygambis, qua in re Arrianum cum Curtio congruere Petersdorff[32]) et Broecker[33]) putant hic quoque, si rem subtilius investigabimus illos errasse comprobare possumus. Iam Fraenkel[34]) de hoc loco eam sententiam protulit, apud Curtium nullo modo Ptolemaei narrationem subesse sed Clitarchi. Quae opinio ab eo non satis argumentis confirmata est. Arrianus enim (III. 17,6) dicit Ptolemaeum narrare Darei matrem pro Uxiis supplicasse Alexandro agrumque eius rogatu illis incolendum esse datum. Paulo ante autem Arrianus dixerat Uxios aegre multis precibus ab Alexandro impetrasse, ut agrorum suorum possessione ipsis relicta annua tributa penderent. In extrema capitis parte, quibus ex rebus tributum impositum constaret, refertur. Iam cum Arrianus Ptolemaeum modo de supplicatione Sisygambis testem commemoret nobis pro certo habendum est, cetera omnia, quae de Uxiis referuntur, a Ptolemaeo et Aristobulo in capitibus rei congruenter narrata fuisse. Sed comparemus etiam narrationem Curtii (V. 3, 12 sqq.), qui hanc rem accuratius refert. Tradit enim Uxios occulto itinere ad Sisygambim misisse, qui peterent, ut ipsa regem mitigaret. Diu Sisygambis supplicum precibus repugnans, ad ultimum victa optatis respondet; sed regina hac in re suis potissimum rationibus consulit. Madates enim, qui sororis eius in matri-

---

31) Fraenkel: l. c. p. 244, n2.
32) Petersdorff: in diss. s. p. 20.
33) Broecker: Mod. Quellenforscher etc. p. 11.
34) Fraenkel: l. c. p. 252.

monium duxerat, illi regioni praeerat. Quam ob rem regina litteris ita deprecata est „ut id ipsum excusaret, quod deprecaretur: petere se, ut illis quoque, si minus sibi ignosceret“ et quod pertinet ad Madatem dicitur: „pro necessario ac propinquo, iam non hoste, sed supplice, tantum vitam precari.“ (Curt. V. 3,14.) Alexander non Madati modo ignovit sed omnes et deditos et captivos libertate atque immunitate donavit, urbem reliquit intactam agros sine tributo colere permisit. Si hanc narrationem attente perspexeris Curtium hunc locum ex uno fonte hausisse mecum consenties. Curtius enim, ut mihi quidem videtur, narrationem de supplicatione Sisygambis ex Ptolemaeo non hausit his causis. Ac primum quidem Ptolemaeum hanc rem de magna Alexandri clementia tam accurate, ut apud Curtium invenimus, narrasse mihi non verisimile esse videtur. Tum autem, quod est gravissimum, Madatis, qui in Sisygambis supplicatione primas partes agit, Arrianus mentionem nullam fecit. At contra Madatem commemorat, ut iam Fraenkel[35]) recte protulit, Diodorus (XVII, 67, 4) his verbis: *τὰς παρόδους φυλαττομένας ὑπὸ Μαδέτου, συγγενοῦς μὲν ὄντος Δαρείου, δύναμιν δὲ ἔχοντος ἀξιόλογον κ. τ. λ.* Postremo autem apud Curtium Uxii impunes sunt, cum illi Arriano auctore, ut congruenter Ptolemaeum et Aristobulum narrasse necesse est, ab Alexandro tributo annuo afficiantur. Curtium atque Diodorum de Madate ad eundem fontem spectare mihi verisimile est: hic enim fontem in angustum coëgit, cum ille accuratius et rhetorice narraret. Sed quisnuam fuit fons, ad quem uterque auctor spectet? Quamquam hunc fontem nominare non possumus, tamquam aliquid certi de eius natura et consilio dici

---

35) Fraenkel: l. c. p. 253.

potest. Sunt enim haec verba apud Curtium: „moderationem clementiamque regis, quae tunc fuit, vel una haec res possit ostendere“ (V. 3, 15). Si vero mente agitamus nihil ab Alexandro pro indole eius longius afuisse quam clementiam sed illum barbarum fuisse nobis coniecturam facere licebit Curtium hanc rem ex fonte quodam hausisse Alexandrum valde praedicante, cuius scriptoris regem adulari eiusque clementiam celebrare maxime interat. Quod consilium Ptolemaeo nullo modo attribui potest. Quin etiam mihi Curtium hanc narrationem ex Clitarcho hausisse verisimile esse videtur. Quod tandem attinet ad tertium locum quem Petersdorff haud dubium esse argumentum opinionis suae attulit — est autem Curtius IX. 5, 21 — hoc loco ex mea sententia nullo modo comprobari potest Curtium hic Ptolemaeo usum esse, ut Broecker quoque falso putavit.[36]) Qua de re compares quae disseruerint A. de Gutschmid (apud Kaerst, l. c. p. 34) et Fraenkel (l. c. p. 49 sqq. et 255). Cum adhuc nemini, quod sciam, contigerit, ut Ptolemaeum a Curtio exscriptum esse idoneis argmentis probaret, atque cum Arrianus in eis locis, quos supra attulimus, tantum modo ex duobus fontibus quibus praecipue utitur, Ptolemaeo et Aristobulo, hauserit, quinque igitur locos congruentes a nobis paulo ante allatos eo modo intelligere poterimus, ut Curtius Aristobulo usus sit atque id eo maiore probabilitate, quod loci congruentes inter Curtium et Aristobuli fragmenta inveniuntur.[37]) Quibus rebus expositis liceat mihi locos quosdam apud Curtium et Arrianum tractare, in quibus eadem quidem facta narran-

---

[36]) Broecker: Mod. Quellenforscher p. 10.

[37]) cf. Kaerst: l. c. p. 29 et Broecker: Moderne Quellenforscher p. 11.

tur, sed tali modo, ut non absolute uterque auctor consentiat, quos locos certis causis ad Aristobulum revocabimus. Sunt hi loci, quorum etiam Broecker mentionem fecit.[38]) Arriano auctore Alexander Sidone est, quo classis fere 224 navium advenit.[39]) (Arr. II. 20, 1–9 et Curt. IV. 3, 11—12). Sed cum Arrianus paulo ante narasset, Alexandro ipsi quoque aliquot naves fuisse iure omnis eius classis 250 navium numeranda erit, ut Thirlwall[40]) quoque et Droysen[41]) opinati sunt. Sidone rex in Arabiam contendit. Decem dierum spatio Sidonem reversus est, ubi Cleandrum ex Peloponneso venientem et cum eo Graecorum mercenariorum IV milia deprehendit. Apud Curtium hoc subsidium et adventu Cleandri et classe Cypro adveniente alia occasione mittitur. Curtius numerum Graecorum mercenariorum non commemorat, classem autem 190 navium fuisse ait.[42]) De instructa acie Arrianus accuratius refert, sed Curtius quoque de eadem re pauca dicit. Ambae narrationes, ut opinor, coniungendae, sed non ex eodem fonte haustae sunt, ut Fraenkel (l. c. p. 424) putat, qui eas ad Aristobulum revocavit. Contra Fraenkelii opinionem ea potissimum res afferenda est, quod Curtius mercenariorum numerum non commemorat, quod, ut facere solet, certe dixisset, si in fonte suo numerum mercenariorum invenisset. Tum autem navium numerus ab Arriano discrepans apud Curtium cum Fraenkeli sententia nullo modo consentit.

---

[38]) Broecker: l. c. p. 8 et 9.

[39]) cf. Curtius ed. Vogel p. 100 n. 11.

[40]) Thirlwall: History of Greece vol. VI p. 199.

[41]) Droysen: Gesch. d. Hellen. I 1^2. 288.

[42]) Numerus 190 invenitur in edd. Curtii apud Hedicke et Vogel; Muetzell habet numerum 180, quem Droysen quoque suscepit.

Sed cum Arrianus hac in parte narrationis uno ex duobus fontibus, quos praecipue exscripsit, uteretur, equidem habeo, quod dicam Ptolemaeum et Aristobulum generatim congruisse. Curtius autem, ut paulo ante demonstravimus, ex Ptolemaeo non hausit. Itaque apud Arrianum hic Ptolemaeum fontem esse nobis pro certo habendum est, si narrationem Curtii ad Aristobulum revocamus.

Sequitur Curt. IV. 4, 16—17 et Arr. II. 24, 4. Hic enim narrat in oppugnanda urbe VIII milia Tyriorum interfectos esse; Diodorus autem VII milia; Curtius his verbis utitur: „sex milia armatorum trucidata sunt, duo milia, in quibus occidendis defecerat rabies, crucibus affixi per ingens litoris spatium pependerunt,“ Diodorus autem his (46, 3): „τοὺς δὲ νέους ἅπαντας, ὄντας οὐκ ἐλάττους τῶν δισχιλίων, ἐκρέμασε. Quod Curtius de hac re memoriae tradidit, nisi fallor, re vera ita se habuit. Iustinus enim (XVIII. 3, 18 idem refert: „itaque Alexander Magnus, cum interiecto tempore in Oriente bellum gereret velut ultor publicae securitatis expugnata eorum urbe omnes, qui proelio superfuerant, ob memoriam veteris caedis crucibus adfixit.“ De caede II milium Tyriorum, quam congruenter Diodorus et Curtius narrant, nullo modo dubitandum est, etiamsi Arrianus huius rei mentionem non fecit. Quem scriptorem id consilium habuisse, ut res, quae aliquid de existimatione Alexandri apud posteros deperdant, vel taceat vel mutet inter omnes constat. Etiam fato tristi II milium Tyriorum Arrianus velamentum quaesivit, nam VIII milia Tyriorum, quae ille dicit, sine dubio II milia crucibus affixorum comprehendunt. Apud Arrianum saepius invenimus eum numeros in aliis fontibus separatos simpliciter contraxisse et non raro rotundasse, sive certum

aliquod consilium sequitur, ut hac in re, sive temere facit brevitatis ipsius causa: ut exemplo utar in narratione de pecunia, quam Alexander Susis invenit. Ait enim Arrianus (III. 16,7): *χρήματα παρέλαβεν ὄντα ἀργυρίου τάλαντα ἐς πεντακισμύρια*, et Diodorus XVII. 66, 1 sqq. *εὗρεν ἀσήμου χρυσοῦ καὶ ἀργύρου πλείω τῶν τετρακισμυρίων ταλάντων· χωρὶς δὲ τούτων ὑπῆρχεν ἐνακισχίλια τάλαντα χρυσοῦ χαρακτῆρα δαρεικὸν ἔχοντα.* Thirlwall (l. c. p. vol. VI p. 202) incredibile esse putat Alexandrum illos crucibus affigi iussisse. Intelligi non posse, ait, cur rex in illos ipsos ira arserit, qui idem regi Tyri et principibus civitatis veniam dederit. Attamen clementiam Alexandri in Azemilcum intelligi posse putamus. Iustinus enim ait (XVIII. 3, 19): „genus tantum Stratonis inviolatum servavit.“ Itaque Azemilcus, cum ex Stratonis genere esset, *ἄδειαν* impetrare debebat.[43]) Aliter ac Thirlwall iudicat Grote.[44]) Nullam esse rationem, cur de narratione apud Curtium et Diodorum dubitemus, etiamsi Arrianus eius rei mentionem non fecerit.

Sequitur Curtius IV. 4, 18: „Carthaginiensium legatis pepercit“ et Arrianus II. 24, 5: „*Καρχηδονίων τινὲς θεωροὶ . . . . . ἄδειαν δίδωσιν Ἀλέξανδρος*“ Fortasse etiam Curtius et Arrianus his locis ad Aristobulum spectant:

Curt. IV. 2, 2 Tyros . . . facilius societatem Alexandri acceptura videbatur quam imperium.	Arr. II. 16, 7 *τὰ μὲν ἄλλα ἔδοξέ σφισι ποιεῖν ὅτιπερ ἐπαγγέλλει Ἀλέξανδρος* . . .

---

[43]) Simillime Alexander se gessit alio loco, ut narrat Arrianus I. 9, 10: *καὶ τὴν Πινδάρου δὲ ποιητοῦ οἰκίαν καὶ τοὺς ἀπογόνους τοῦ Πινδάρου λέγουσιν ὅτι διεφύλαξεν Ἀλέξανδρος αἰδοῖ τῇ Πινδάρου.*

[44]) Grote: History of Greece vol. XII p. 189, n. 3.

Quibus omnibus locis ex Curtio excerptis quos congruentes cum Arriano haustos esse ex Aristobulo comprobare conati sumus, superest in hac parte quaestionis nostrae, ut fontes primarios reliquae narrationis de oppugnatione Tyri adumbremus.

Quem in fontem Arrianus II. 15, 6—7 spectet de legatione Tyriorum nullo modo dici potest: hanc rem et Ptolemaeum et Aristobulum narrasse mihi probatum est. Fraenkel (l. c. p. 267) hunc locum silentio praeteriit. Sequitur apud Arrianum II. 16, 1—6 digressio quaedam de Hercule Tyrio. Fraenkel (l. c. 267) putat hanc explicationem de Hercule ex Aristobulo haustam esse, sed ne vestigium quidem argumenti attulit. Tantum abest, ut hanc Fraenkeli opinionem probare possimus ut hunc locum apud Arrianum explicationem huius ipsius auctoris esse ex Herodoto ipso depromptam censeamus. Cuius coniecturae gravia inveniuntur argumenta. Arrianus enim aliis locis quoque in anabasi tales explicationes habet, ut exemplis utar I. 9, 1—5; III. 16, 7—8; V. 7, 1—2 et fortasse saepius. Si vero compares hos locos anabasis IV. 28, 1, 2, 4; IV. 30, 4; V. 26, 5 invenies Arrianum Herculis studiosissimum fuisse. Quem deum ille auctor ubicumque fieri potuit commemoravit. Sed cum in eis locis, quos paulo ante attulimus, satis magna cum probabilitate Ptolemaeum fontem esse statuendum sit (quae conclusio ex ea re facta est, quod Ptolemaeus ipse saepissime nominatur) primum nobis coniciendum sit, Arrianum haec omnia ex Ptolemaeo hausisse. Sed huic opinioni repugnat ea potissimum res, quod Hercules apud Arrianum semel in media oratione longiore commemoratur. Ptolemaeum autem in opere suo longiores orationes habuisse non verisimile esse videtur. Sunt praeterea alia argu-

menta,[45]) quae illi coniecturae a nobis factae repugnent. Quibus ex causis cogimur suspicari id, quod iam Droysen[46]) fecit atque argumentis probare conatus est, orationem in anabasi V, 25 sqq. ab Arriano ipso compositam esse eodemque modo ea quoque, quae V. 26, 5 de Hercule dicuntur. Unde coniciendum foret, explicationem quoque de Hercule Tyrio (II. 16, 1—6) ab Arriano ipso compositam esse, praesertim cum verbi ἐγώ (II. 16, 4) rationem ut decet habeamus. Quae coniectura comprobatur loco quodam apud Arrianum IV. 28, 1-2. Agitur de Aorno petra. Hoc loco Ptolemaeum fontem esse nobis pro certo habendum est, quod ille saepissime nominatur.[47]) Ex alio quodam fonte hausit Arrianus haec: καὶ λόγος ὑπὲρ αὐτῆς κατέχει . . . quibus verbis suam explicationem in § 2 adiecit. Si haec omnia considerantur gravissima argumenta nobis attulisse videmur, quibus coniectura nostra comprobetur. Finem capitis XVI Arrianum et ex Aristobulo et ex Ptolemaeo hausisse opinor, qui hoc loco congruebant. Quod attinet ad orationem Alexandri apud Arr. II. 17 Fraenkel[48]) eam haud dubie ex Aristobulo exscriptam esse censet. Qui cum opinionis suae nulla argumenta attulerit, coniectura eius nullius momenti est atque id eo magis, quod nulla ratione negari potest Arrianum hanc orationem ipsum composuisse.

Transeamus autem ad expeditionem Alexandri in Arabiam, cuius Plutarchus[49]) quoque Polyaenus[50])

---

[45]) cf. Droysen: Gesch. d. Hellen. I 2[2] p. 409 sqq.
[46]) id. I 2[2] p. 412.
[47]) cf. Fraenkel: l. c. p. 281.
[48]) Fraenkel: l. c. p. 295 sqq.
[49]) Plutarchus, Alex. c. 24.
[50]) Polyaenus IV. 3, 3,

Curtius[51]) mentionem fecerunt. Arrianus[52]) hanc rem accuratissime narrat. Alexander cum aliquot equitum turmis et scutatis Agrianis et sagittariis in Arabes contendit ad montem, cui nomen est Antilibano. Quem montem Plutarchus quoque commemorat, cum Curtius Libanon dicat. Plutarchum atque Arrianum ad eundem fontem spectare mihi verisimile esse videtur. Curtius autem expeditionem in superius tempus transtulit et singulae quoque res ab Arriano ita abhorrent, ut utrumque auctorem ex eodem fonte hausisse prorsus incredibile sit. Sed narrationi Arriani maiorem fidem habebimus, quod de rebus a parte Macedonum ille fide nostra dignissimus est. Itaque Thirlwall (l. c. vol. VI. p. 198), Grote (l. c. XII. 187), Droysen (l. c. I. 1 [2] 288) illum secuti sunt. De instructa classe Arrianus[53]) haec narrat: in dextro cornu Alexandrum fuisse et cum eo omnes Cypriorum reges reliquosque Phoenices excepto Pnytagora. Hunc enim et Craterum laevum totius aciei eorum tenuisse.

Alexandrum ad eum portum, qui Sidonem vergebat, navigasse, tres Tyriorum triremes ad extremas fauces positas Phoenices demersisse. Quod factum apud Curtium et Diodorum quoque invenitur. Quae tres narrationes[54]) inter se connexae et aptae sunt. Curtium et Diodorum ad eundem fontem spectare pro certo habemus. Kaerst (l. c. p. 16) quidem hunc locum apud Arrianum et Curtium congruere vidit, praeteriit autem neglegentia Diodorum. Quam ob rem falso iudicat haec: „Doch ist bei Curtius hier wieder eine allerdings recht unwahrscheinliche Ver-

---

51) Curtius IV. 2, 24 et 3, 1, 7.

52) Arrianus, anab. II. 20, 4.

53) id. II. 20, 6 sqq.

54) Arr. II. 20, 9; Curt. IV. 3, 12; Diod. XVII. 43, 3.

änderung angebracht." Fraenkel quoque (l. c. p. 268 et 418, 6) hoc respicit et Arrianum Diodorum Curtium parum congruere dicit. Qua de causa Clitarchum et Aristobulum eodem fonte usos esse concludi non posse ait.

Si vero narrationem apud Curtium et Diodorum cura atque diligentia examinaveris utrumque auctorem ad eundem fontem spectare mecum consenties. Uterque enim narrat Tyrios, quamquam classem habebant, cum Alexandro proelium navale inire non ausos esse. Apud utrumque scriptorem rex est, qui tres naves ad extremas fauces positas ipse demergat. Arrianus II. 20, 7 simillime refert, sed apud eum Phoenices sunt, qui tres naves demergant. Arrianus autem paulo ante[55]) narraverat Phoenices excepto Pnytagora omnes in dextro cornu fuisse, quod Alexander ipse tenebat. Sed cum rex in omnibus fere proeliis semper primus [56]) in impetu esset, hac in re quoque videor mihi non sine causa arbitrari Alexandrum in primo agmine Phoenicum fuisse.

Itaque cum Fraenkelio[57]) censebimus contra Kaerstium hoc loco Curtium fontem suum nulla ratione mutasse, sed narrationem suam ex eodem fonte hausisse quo Diodorus quoque usus sit. Curtius et Diodorus hac in re eundem fontem derivatum sequuntur quo alibi quoque illos usos esse facile intelligitur.[58]) Coniecturam Fraenkeli Curtium hoc loco Clitarchum fontem secutum esse satis certis argumentis probari posse nego. Cum enim de hac re

---

[55]) Arr. II. 20, 6.

[56]) cf. Arr. I. 28, 6; II. 10, 3; II. 11, 6; V. 22 et 23; VI. 7, 5; VI, 9, 1, 3, 5.

[57]) Fraenkel: l. c. p. 424.

[58]) cf. Diod. XVII. 65, 5 et Curt. V. 2, 8: Diod. 64, 5 et Curt. V. 1, 43 et Arr. III. 16. 5.

Clitarchi fragmenta non exstent nullo modo, ut Fraenkel fecit, haec ex Clitarcho hausta esse affirmare possumus.

Si vero narrationem de obsidione porro perlustras Arrianum a capite XX, 10 libri II omnino fere a Curtio dissentire invenies. Quae Arrianus hac in parte refert haud ita similiter apud Curtium narrantur. Sed cum eis omnibus locis apud Arrianum cum Curtio congruentibus Aristobulum fontem esse pro certo habere possimus, in altera parte narrationis Ptolemaeum fontem esse Arriani suspicandum est, atque id eo magis, quod in iis quae apud Arrianum sequuntur, idem statuere debemus. Arrianus enim in altera parte narrationis a Curtio abhorret neque vero cum Diodoro vel Plutarcho congruit. Sed cum in prima parte narrationis propter locos cum Curtio congruentes Aristobulum fontem esse Arriani comprobare possimus atque cum altera pars narrationis non *ὡς λεγόμενα μόνον* ab Arriano inducatur facile intelligi potest Arrianum a fine capitis XX. ad alium fontem primarium Ptolemaeum, spectasse. Quae coniectura postea argumento gravi comprobabitur. De hac parte narrationis pauca modo dicenda sunt. Ad idem factum spectant Arr. II. 22, 7, Curt. IV. 13—14, Diod. XVII, 43, 3—5. Arrianus autem alio fonte usus est ac Curtius atque Diodorus. Apud illum Ptolemaeum auctorem esse pro certo habemus, apud Diodorum et Curtium fons nominari non potest.

Quod tandem ad exitum oppugnationis attinet in ultimo impetu in urbem facto Arrianum (II. 23, 1 sqq.) ducem sequemur, qui haec refert: tertio die superiore in Tyrum impetu repulso [59]) malacia ac tranquillitate exspectata

---

[59]) Hic non negligendum est id quod Arrianus II. 23, 1 ait regem *νηνεμίαν* exspectasse. Sintenis (in ed. II. Arriani anab. p. 147, n.) ad hunc locum annotavit hoc: „Denn er bedurfte zum

Alexandrum classe instructa in urbem navigasse. Tum Arrianus narrat primo quidem impetu magnam muri partem labefactam duasque naves cum pontibus adductas esse. Atque alteram quidem navium scutatos duce Admeto, alteram Coeni cohortem occupasse. Alexandrum ipsum in animo habuisse, ut cum scutatis murum conscenderet. Primos scutatos duce Admeto murum conscendisse, Alexandrum fortiter pugnantem subsecutum esse. Atque ea parte primum qua premebat rex, murum captum esse. Admetum, qui primus murum conscenderat, lancea traiectum interiisse. Diodorus quoque Admetum commemoravit,[60] sed cum Arriano non consentit: nam apud illum Admetus in superiore impetu in Tyrum facto atque alio modo necatur, ait enim Admetum in medium caput securi percussum ingenua morte vitam illico finivisse. Ex Arriano et Diodoro autem Admetum in oppugnanda Tyro virtute ceteris praestitisse et interiisse pro certo intelligi potest. Qua in re narrationem Arriani nos sequi debere apparet, cum hic auctor in omnibus rebus a parte Macedonum fide nostra dignissimus sit. Admeto interfecto Alexander cum amicis murum occupavit. De Tyriis qui superfuerant Arrianus atque Diodorus referunt regem mulieres et imbellem aetatem servitute affecisse. Arrianus enim narrat

---

Sturm einer ruhigen See". Quam coniecturam Sintenis ex omni parte non convenire putem. Ac primum quidem mihi non mirum esse videtur in oppugnanda urbe in mari sita tempestate tranquilla opus esse. Si vero Arrianus illud aperte dixit mihi pro certo habere liceat tempestatem in superiore in Tyrum impetu facto turbidam fuisse navibusque regis nocuisse. Itaque videor mihi non sine causa arbitrari narrationem apud Curtium IV. 3, 16–18, ad quam postea redibo, non ab ipso excogitatam sed ex alio quodam fonte haustam esse.

60) Diod. XVII. 45, 6.

XXX milibus fere sub hastam missaesse, cum Diodorus de XIII milia loquatur. Quae Curtius de Sidoniis rettulit eos XV milia morti subduxisse credibilia nullo modo esse possunt.[61]) Qui numerus nimius est prae ceteris numeris traditis. Sed negari non potest Sidonios numerum haud spernendum Tyriorum Sidonem perduxisse.[62]) Numerus amissorum Macedonum apud Arrianum minimo aestimatur. Ille enim ait ex ducibus Admetum et cum eo viginti scutatos, in universa vero obsidione circiter quadringentos interiisse. Sin autem impetus crebros in urbem factos respexeris, in quibus Alexander acri certamine a Tyriis repellebatur, mecum consenties Arrianum numerum amissorum a parte Macedonum hoc loco, ut in aliis quoque occasionibus aliquanto minuisse.[63])

Tyrum septimo mense ab Alexandro expugnatam esse Curtius Diodorus Plutarchus congruenter narrant. Urbem captam esse archonte Athenis Aniceto, mense Hecatombaeone Arrianus ait. Dies expugnationis non satis certe statuendus est, si vero conferimus, quae Arr. II. 24, 6 et Plutarchus, Alex. 25 narraverunt, colligi potest circiter a. d. XIII. Cal. Septembris a. 332 a. Chr. n. Tyrum captam esse.[64]) Quod postremo attinet ad quaestionem de fontibus in altera parte narrationis apud Arrianum II. 21 sqq. iam supra coniecturam fecimus Arrianum inde a

---

[61]) Explent autem numeri apud Curtium et Diodorum consummati fere numerum captivorum apud Arrianum. Fortasse Arrianus utrumque numerum separatum invenerit et brevitatis causa contraxerit et rotundaverit.

[62]) cf. Thirlwall: l. c. VI. p. 202.

[63]) Quod attinet ad amissos Macedones addam Arrianum tantum modo amissos Macedones ipsos commemorare et amissos auxiliorum Macedonum silentio praeterire solere.

[64]) cf. Droysen: l. c. p. I. 1² p. 294, n. 1,

capite XXI Ptolemaeum ducem secutum esse Fraenkel[65]) igitur in capitibus XXI—XXIV apud Arrianum Ptolemaeum fontem esse comprobare conatus est. Duae enim res sunt, quae illum in viam ducunt, ut iam Petersdorff[66]) recte dixit. Ac primum quidem est locus apud Arrianum II. 22, 7 *τότε μὲν δὴ ὅσον ἐπιβαλὼν γεφύρας ἢ ἐρήριπτο τοῦ τείχους* et Arr. II. 23, 4 *ὡς δὲ αἵ τε νῆες . . . . . προσέσχον τῇ πόλει καὶ αἱ γέφυραι ἐπεβλήθησαν τῷ τείχει ἀπ' αὐτῶν ἐνταῦθα οἱ ὑπασπισταὶ εὐρώστως κατὰ ταύτας ἀνέβαινον ἐπὶ τὸ τεῖχος,* tum narratio ex Ptolemaeo hausta, ut Fraenkel quidem dixit, apud Arrianum IV. 26, 6 *τῇ δὲ τρίτῃ προσαγαγὼν αὖθις τὴν φάλαγγα καὶ ἀπὸ μηχανῆς γέφυραν ἐπιβαλὼν ἀπὸ τείχους ἢ παρερρωγὸς ἦν, ταύτῃ ἐπῆγε τοὺς ὑπασπιστὰς οἵπερ αὐτῷ καὶ Τύρον ὡσαύτως εἷλον.* Liceat mihi hoc loco Fraenkeli ipsius verbis uti. Ait enim (l. c. p. 269): „Die wörtliche Uebereinstimmung, die gleiche Situation, in der diese Wendungen gebraucht werden, endlich die Bezugnahme auf das ähnliche Verfahren bei Tyrus lassen keinen Zweifel aufkommen, dass auch hier, bei der Belagerung von Tyrus, für das Kap. 22 u. 23 sicherlich Ptolemaeus die Quelle Arrianus gewesen ist."

Si vero explicationes Fraenkeli diligenter perpendes, quaeras, unde ille sciat locum apud Arrianum IV. 26, 6 ex Ptolemaeo haustum esse. Nam hoc loco (p. 269) Fraenkel ne vestigium quidem argumenti sententiae suae attulit. Idem alia occasione data (p. 279 - 280) ad hanc respexit. Sed duo modo argumentorum, quae Fraenkel protulit, ex mea sententia gravi momento sunt: et primum quod Ptolemaeus saepius nominatur, tum autem quod

---

[65]) Fraenkel: l. c. p. 208 sqq.

[66]) Petersdorff: Eine neue Hauptquelle etc. p. 58.

Arrianus illum semel testem citat.[67]) Quibus ex causis colligi potest Arrianum inde a capite XXII usque ad finem libri IV Ptolemaeum ducem secutum esse. Sed hac re nullo modo comprobatum est Arrianum omnia ex Ptolemaeo hausisse. Quod porro attinet ad locos apud Arrianum II. 22, 7; II. 23, 4; IV. 26, 6 quis est, quin intelligat hos locos mirum in modum congruere. Quibus rebus expositis in capitibus XXI—XXII Ptolemaeum fontem Arriani nobis statuendum est. De capite XXIV certe iudicari non potest.

§ 3. De Curtio et Diodoro.

Ad eundem fontem ac Diodorum spectant hi loci apud Curtium:

1) Curt. IV. 2,5 Non tennit iram . . . aut intraturum me urbem aut oppugnaturum.	Diod. XVII. 40, 3: *τοῦ δ' Ἀλεξάνδρου χαλεπῶς ἐνεγκόντος διαπειλησαμένου πολεμήσειν τὴν πόλιν.*

Ad haec conferas etiam Iustinum XI. 10, 12: „ita exarsit, ut urbi excidium minaretur."

2) Curt. IV. 2,7 At illi loco satis fisi obsidionem ferre decreverant. Namque urbem a continenti quattuor stadiorum fretum dividit.	Diod. 40, 3: *οἱ Τύριοι τεθαρρηκότως ὑπέμενον τὴν πολιορκίαν ἅμα δὲ καὶ πιστεύοντες τῇ ὀχυρότητι τῆς νήσου καὶ ταῖς ἐν αὐτῇ παρασκευαῖς.* 40, 4: *διὰ τὸ τέτταρσι σταδίοις διείργεσθαι τῆς ἠπείρου.*
3) 2,11 brevi Carthagine auxilia ventura.	40, 3: *ἔτι δὲ τοῖς ἀπογόνοις αὐτῶν Καρχηδονίων.*

---

[67]) Ptolemaeus enim in c. XXI libri IV. semel, in c. XXIV sexies, in c. XXV bis nominatur atque semel citatur testis in c. XXIX novies commemoratur.

4) § 12 igitur bello decreto per muros turresque tormenta disponunt, arma iunioribus dividunt, opifices quorum copia urbs abundabat, in officinas distribuunt. Omnia belli apparatu strepunt: ferreae quoque manus ... quas operibus hostium inicerent, corvique et alia tuendis urbibus excogitata praeparabantur.

41, 3—4: *ἔχοντες δὲ πολλὴν δαψίλειαν καταπελτῶν καὶ τῶν ἄλλων μηχανῶν τῶν πρὸς πολιορκίαν χρησίμων, ἑτέρας πολλαπλασίους κατεσκεύασαν ῥᾳδίως διὰ τῶν ἐν τῇ Τύρῳ μηχανοποιῶν καὶ τῶν ἄλλων τεχνιτῶν παντοδαπῶν ὄντων. διὰ δὲ τούτων τῶν ὀργάνων, παντοδαπῶν καὶ ξένων ταῖς ἐπινοίαις κατασκευαζομένων, ἅπας μὲν ὁ περίβολος τῆς πόλεως ἐπληρώθη τῶν μηχανῶν* . . . .

5) § 14. Apud Macedonas quoque, cum forte panem quidam militum frangerent, manantis sanguinis guttas notaverunt.

41, 7: *κατὰ γὰρ τὰς τροφὰς παρὰ τοῖς Μακεδόσιν οἱ διακλώμενοι τῶν ἄρτων αἱματοειδῆ τὴν πρόσοψιν εἶχον.*

6) § 18. Magna vis saxorum ad manum erat, Tyro vetere praebente.

40, 5: *εὐθὺς οὖν καθαιρῶν τὴν παλαιὰν λεγομένην Τύρον, καὶ . . . κομιζουσῶν τοὺς λίθους.*

7) § 19—20. Iamque a fundo maris in altitudinem modicam opus creverat, nondum tamen aquae fastigium aequabat: cum Tyrii parvis navigiis admotis per ludibrium exprobant interrogabant, etiam num maior Neptuno Alexander esset?

41, 1: *Οἱ δὲ Τύριοι τὸ μὲν πρῶτον προσπλέοντες τῷ χώματι κατεγέλων τοῦ βασιλέως, εἰ τοῦ Ποσειδῶνος ἑαυτὸν δοκεῖ περιέσεσθαι.*

8) § 21. Iamque paulum moles aqua eminbat et simul aggeris latitudo crescebat urbique admovebatur: cum Tyrii magnitudine molis cuius incrementum eos antea fefellerat, conspecta levibus navigiis nondum commissum opus circumire coeperunt, missilibus quoque eos, qui pro opere stabant incessere.

8) 42, 1: *μετὰ δὲ ταῦτα οἱ μὲν Τύριοι αὔξησιν τοῦ χώματος εὐλαβηθέντες, ἐπλήρωσαν πολλὰ τῶν ἐλαττόνων σκαφῶν ὀξυβελῶν τε καταπελτῶν καὶ τοξοτῶν καὶ σφενδονητῶν ἀνδρῶν, καὶ προσπλεύσαντες τοῖς ἐργαζομένοις τὸ χῶμα πολλοὶς μέν κατέτρωσαν, οὐκ ὀλίγους δὲ ἀπέκτειναν.*

9) IV. 3, 6—7 sed forte eodem die vehementior ventus totum ex profundo mare inlisit in molem, crebisque fluctibus coupages operis verberatae laxavere, saxaque interfluens unda medium opus rupit. Prorutis igitur lapidum cumulis, quibus iniecta terra sustinebatur, praeceps in profundum ruit.

42, 5: *τῶν δ' ἔργων πλησιαζόντων τῇ πόλει καὶ τῆς ἁλώσεως προσδοκωμένης, ἀργέστης ἄνεμος μέγας ἐπεγένετο καὶ τοῦ χώματος πολὺ μέρος ἐλυμήνατο.*

10) § 9. Totas autem arbores cum ingentibus ramis in altum iaciebant. . . . . .

42, 6: *ἐκ τῆς ὀρεινῆς ἐκόπτων ὑπερμεγέθη δένδρα παρεκόμιζε, καὶ σὺν αὐτοῖς κλάδοις ἐγχώσας.*

11) § 11. Aegro animi Alexandro nec, per severaret an abiret, satis certo.

40, 6: *ὁ δὲ Ἀλέξανδρος εἰς ἀμηχανίαν ἐμπίπτων . . , ...*

12) § 12. Nec Tyrii quamquam classem habebant, ausi navale inire certamen: tris omnino ante ipsa moenia opposuerunt, quibus rex invectus ipsas demersit.

43, 3: *τῶν δὲ Τυρίων ἀνταναχθῆναι μὲν τῷ στόλῳ μηκέτι τολμώντων, τρισὶ δὲ ναυσὶν ὁρμούντων πρὸ τοῦ λιμένος, ὁ βασιλεὺς ἐπιπλεύσας αὐταῖς καὶ πάσας συντρίψας.*

13) § 13—15. Maxime arietum pulsu muros quatit: quos Tyrii raptim obstructis saxis refecerunt, interiorem quoque murum . . . . . . undique orsi . . . . . . binas quadriremes Macedones inter se ita iunxerant . . . inde missilia in propugnantes ingerebantur.

43, 3 u. 4: *οἱ δὲ Τύριοι βουλόμενοι διπλασιάσαι τὴν αὐτῶν τειχῶν ἀσφάλειαν ἀποστήσαντες πέντε πήχεις ἕτερον τεῖχος . . . . οἱ δὲ Τύριοι τὸ πεπτωκὸς μέρος τοῦ τείχους ἀνῳκοδόμησαν ὁ δ' Ἀλέξανδρος τὰς τριήρεις ξευγνύων καὶ μηχανὰς παντοδαπὰς αὐταῖς ἐπιστήσας . . .*

14) § 21 cumque unus e civibus in contione indicasset, oblatam esse per somnum sibi speciem Apollinis, quem eximia religione colerent, urbem deserentis, moiemque . . . . quamquam auctor levis erat, tamen ad deteriora credenda

41, 7 u. 8: *ἑορακέναι δέ τις ἔφησεν ὄψιν καθ' ἣν ὁ Ἀπόλλων ἔλεγε μέλλειν ἑαυτὸν ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν.*

τοῦ δὲ πλήθους ὑπονοήσαντος ὅτι πεπλακὼς εἴη τὸν λόγον χαριζόμενος Ἀλεξάνδρῳ . . . .

proni metu aurea catena devinxere simulacrum araeque Herculis . . . . inseruere vinculum, quasi illo deo Apollinem retenturo.

15) § 25—26. clipeos vero aereos multo igne torrebant, quos repletos fervida harena caenoque decocto e muris subito devolvebant. Nec ulla pestis magis timebatur: quippe ubi lori cam corpus usque fervens harena penetraverat, nec ulla vi excuti poterat, et quidquid attigerat, perurebat, iacentesque arma laceratis omnibus, quis protegi poterant, vulneribus inulti patebant.

16) IV. 4, 1—2. His rex fatigatus statuerat soluta obsidione Aegyptum petere. Ceterum tam discedere inritum, quam morari pudebat: famam quoque qua plura quam armis everterat, ratus leviorem fore, si Tyrum quasi testem, se posse vinci, reliquisset.

17) §§ 3—5. Et forte belua invisitatae magnitudinis super ipsos fluctus dorso eminens ad molem . . . . ingens corpus adplicuit diverberatisque fluctibus adlevans semel utrimque conspecta est: deinde a capite molis rursus alto se immersit ac modo super undas eminens magna sui parte, modo superfusis fluctibus condita haud procul munimentis urbis emersit. Utrisque laetus fuit beluae aspectus.

οἱ δὲ Τύριοι δεισιδαιμονήσαντες χρυσαῖς σειραῖς προσέδησαν τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ξόανον τῇ βάσει, ἐμποδίζοντες, ὡς ᾤοντο τοῦ θεοῦ τὸν ἐκ τῆς πόλεως χωρισμόν.

44, 1 u. 2: *κατασκευάσαντες γὰρ ἀσπίδας χαλκᾶς καὶ σιδηρᾶς, καὶ ταύτας πληρώσαντες ἄμμου, φλογὶ πολλῇ συνεχῶς ὑπέκαον καὶ διάπυρον κατεσκεύαζον. ταύτην δὲ διά τινος μηχανῆς τοῖς θρασύτατα μαχομένοις ἐπερρίπτουν, καὶ ταῖς ἐσχάταις συμφοραῖς περιέβαλλον τοὺς ὑποπεσόντας διὰ. γὰρ τῶν θωράκων καὶ τῶν ὑποδυτῶν παρεισπίπτουσα ἡ ἄμμος, καὶ διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς θερμασίας λυμαινομένη τὰς σάρκας, ἀβοήθητον ἐποίει τὸ ἀτύχημα. κ. τ. λ.*

45, 7: *καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἔκρινε λῦσαι τὴν πολιορκίαν καὶ τὴν στρατείαν ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον ποιεῖσθαι. μετανοήσας δὲ πάλιν καὶ νομίσας αἰσχρὸν εἶναι παραχωρῆσαι Τυρίοις τῆς κατὰ τὴν πολιορκίαν δόξης.*

41, 5 u. 6: *ἐκ μὲν γὰρ τοῦ πελάγους ὁ κλύδων προσεπέλασε τοῖς ἔργοις κῆτος ἄπιστον τὸ μέγεθος, ὃ προσπεσὸν τῷ χώματι κακὸν μὲν οὐδὲν εἰργάσατο, τῷ δ' ἑτέρῳ μέρει τοῦ σώματος προσανακεκλιμένον ἐπὶ πολὺν χρόνον ἔμενε καὶ πολλὴν κατάπληξιν παρείχετο τοῖς θεωμένοις τὸ παράδοξον, πάλιν δ' εἰς τὸ πέλαγος νηξάμενον εἰς δεισιδαιμονίαν ἀμφοτέρους προηγάγετο.*

18) Curt. IV. 4, 11—10 ipse in altissimam turrem ascendit ingenti animo, periculo maiore: quippe regio insigni et armis fulgentibus conspicuus unus praecipue telis vehebatur. Et digna prorsus spectaculo edidit: multos e muris pugnantes hasta transfixit, quosdam etiam comminus gladio clipeoque impulsos praecipitavit.	Diod. 46, 2: *ἐπιβάθραν γὰρ ἀπὸ τοῦ ξυλίνου πύργου τοῖς τῆς πόλεως τείχεσιν ἐπιβαλὼν, διὰ ταύτης μόνος ἐπέβη τῷ τείχει . . . αὐτὸς δὲ καθηγούμενος τῶν εις χεῖρας βιαζομένων τοὺς μὲν τῷ δόρατι, τοὺς δὲ τῇ μαχαίρᾳ τύπτων ἀπέκτεινεν, ἐνίους δ'αὐτῇ τῇ περιφερείᾳ τῆς ασπίδος ἀνατρέπων.*
19) § 12 iamque crebris arietibus saxorum conpage laxata munimenta defecerant.	46, 3: *ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις καθ'ἕτερον μέρος ὁ κριὸς τύπτων κατέβαλε πολὺ μέρος τοῦ τείχους.*
20) § 17. II milia in quibus occidendis defecerat rabies crucibus adfixi per ingens litoris spatium pependerunt.	46, 4: *τοὺς δὲ νέους ἅπαντας ὄντας οὐκ ἐλάττους τῶν δισχιλίων ἐκρέμασε.*
21) § 19. Tyro septimo mense . . . capta est.	46, 5: *Τύριοι . . . πολιορκηθέντες μῆνας ἑπτά.*

Quorum locorum Curtii cum Diodoro congruentium hos examinare debemus. Ac primum quidem Curt. IV. 2, 5 et Diod. XVII. 40, 3. Alexander Tyriis repugnantibus iratus se urbem oppugnaturum esse minatur. Apud Curtium rex orationem ad legatos habet quam ornationem rhetoricam Curtii esse censeamus. Hanc orationem Curtius verbis quibusdam fontis annectit, ut ex Diodoro (40, 3) atque Iustino XI. 10, 12: „ita exarsit, ut urbi excidium minaretur“ satis magna cum probabilitate intelligi potest. Diodorus enim l. c. ait *τοῦ Ἀλεξάνδρου χαλεπῶς ἐνεγκόντος καὶ διαπειλησαμένου πολεμήσειν τὴν πόλιν,* quibus ex verbis Curtius IV. 2, 5 haec reddit: „itaque, vos quidem, inquit, fiducia loci, quod insulam incolitis, pedestrem hunc exercitum spernitis: sed brevi ostendam in continenti vos esse. Proinde sci-

atis licet, aut intraturum me urbem aut oppugnaturum." Quo ex loco facile intelligere posses Curtium ipsum rhetorice scripsisse.

Quae sequuntur apud Curtium IV. 2, 7 exemplum est idoneum ad rationem qua ille auctor diversis fontibus usus sit eosque inter se iunxerit. Nam hoc loco Curtius narrat Tyrios fiducia insulae obsidionem ferre decrevisse. Quod Diodorus (40, 3) quoque refert, qui causas adiecit quibus Tyri commoti essent. Ait enim haec: *οἱ Τύριοι τεθαρρηκότως ὑπέμενον τὴν πολιορκίαν . . ἅμα δὲ πιστεύοντες τῇς τε ὀχυρότητι τῆς νήσου καὶ ταῖς ἐν αὐτῇ παρασκευαῖς, ἔτι δὲ τοῖς ἀπογόνοις αὐτῶν Καρχηδονίοις.* Ad haec conferas quae Curtius IV. 2, 7 et 11 narrat. Inde a verbis „namque urbem a continenti etc. usque ad § 11 Curtius expositionem et confirmationem verborum: „illi loco satis fisi" dedit. Congruenter cum Diodoro narrat quattuor stadiorum fretum urbem a continenti dividisse. Quae sequuntur apud Curtium in §§ 7 et 8 ex tertio quodam fonte, quem in capite sequente quaestionis accuratius cognoscemus hausta sunt. Denique quae apud Curtium IV. 2, 9 narrantur sunt amplificationes eorum quae Diodorus 40, 4 refert, dum ille in § 10 fontem Diodori (40, 3) cum Aristobulo paucis adiectis coniunxit. In § 12 Curtius ad eundem fontem transiit, qui Diodoro (41, 3—4) subest, ille tamen uberius scripsit. De portento apud Curtium IV. 2, 14 et Diodorum 41, 7 dicendum est apud Curtium solum explanationem Aristandri inveniri, cum Agyrinaeus qui idem portentum narrat, explanationem omittat. Fraenkel (l. c. p. 175) de hoc portento dicit apud Curtium sine dubio Clitarchum fontem esse, qui Aristandri mentionem faciat. Cui opinioni ille ne vestigium quidem argumenti attulit. Utrumque auctorem hanc rem ex

Clitarcho hausisse haud ita incredibile est sed demonstrari non potest.

De mole iacienda quoque Curtius et Diodorus congruunt. Ille enim ait Tyrum veterem magnam vim saxorum praebuisse. Idem Diodorus refert (40, 5) qui urbem ab Alexandro dirui facit. Utrumque ex eodem fonte hausisse mihi verisimile esse videtur. Droysen (l. c. I. 1². 284 n) de hac re ait: „Curtius und Diodor haben wohl nicht Unrecht, wenn sie Alttyrus von Alexander zerstört werden lassen.“ Attamen Curtius omnino non narravit Alexandrum Tyrum veterem diruisse, ut Droysen putat. Curtius enim (2, 18) haec modo retulit: „magna vis saxorum ad manum erat Tyro vetere praebente.“ Movers[68]) autem sententiam habet Palaetyron illo tempore iam dirutam fuisse, Curtium rem veram memorasse. Sed haec coniectura Movertis omnino non recta est. Nam cum templum tunc Palaetyri esset, urbem illo tempore nondum dirutam fuisse necesse est. Quam ob rem nobis pro certo habendum est partem quandam Palaetyri in ruinis fuisse et Alexandrum aedificia, quae supererant, diruisse, ut Thirlwall[69]) recte dixit.

Ad eundem fontem spectant Curt. IV. 2, 19—20 et Diod. 41, 1, eodemque modo Curt. IV. 2, 21—22 et Diod. 42, 1 *μετὰ δὲ ταῦτα* . . ., sed Curtius pauca quaedam ipse adiecit. Ac primum quidem uterque in ea re congruit quod Tyri incremento molis territi levibus navigiis in aggerem vehebantur, multos sauciabant nec pauciores interficiebant. Quam rem Diodorus uberius narrat; remedia autem ab Alexandro contra parata a-

[68]) Movers: Die Phönizier II. 1. p. 203.

[69]) Thirlwall: Hist. of Gr. VI p. 197: to provide materials for the work, he demolished the remaining buildings of Old Tyre.

Curtio dissentiunt et ad posteriorem rem pertinent. Si vero Curtium IV. 3, 6–7 et Diodorum 42, 5 perlustras invenies hac in re quo modo Curtius fontem mutaverit atque rebus ex diversis fontibus suo loco usus sit. Cum enim narrationem de navi bitumine ac sulphure illita, quam supra commemoravimus, ex Aristobulo hauriret, hoc loco ad fontem Diodori transiit. Neque enim incendio solum opus Macedonum diruitur, sed forte eodem die vehementior ventus totum ex profundo mare illisit in molem. Quo de facto a Diodoro et Curtio congruenter tradito, propterea quod Arrianus tacet, ex mea sententia nullo modo dubitari potest. In fine huius narrationis Curtius (IV. 3, 7) ut facere solet, haec cum animo suo cogitat: „hic, quod in adversis rebus solet fieri, alius in alium culpam referebat, cum omnes verius de saevita maris queri possent.“

De mole restituenda referunt Curtius IV. 3, 8 sqq, Diodorus 42, 6 Arrianus II. 19, 6. Curtius fontibus et Arriani et Diodorus videtur usus esse atque inter se coniunxisse. Neque minus certum mihi est Curtium fontem Diodori cum tertio suo fonte coniunxisse. Ex hoc tertio fonte haustum esse videtur illud, quod Curtius IV. 3, 8 narrat: molem recta fronte in adersum ventum directam esse et latitudinem quoque aggeri regem adiecisse, ut turres in medio excitatae procul teli iactu abessent, cum ex Diodori fonte [70]) Curtius haec hauserit: „totas autem arbores cum ingentibus ramis in altum iaciebant; sed reliqua in §§ 9 et 10 ex tertio suo fonte exscripsit. In § 11 cum verbis: „aegro animi Alexandro nec, perseveraret an abiret, satis certo“ Curtius rursus

---

70) cf. Diod. XVII. 42, 6: ὑπερμεγέθη δένδρα . . . . . . καὶ σὺν αὐτοῖς κλάδοις ἐγχώσας.

ad Diodori fontem spectat,[71]) qui aliquid simile refert, etiamsi alia occasione. Eodemque modo quae sequuntur apud Curtium in §§ 13—15 ad eundem fontem revocabimus ac Diod. 43, 3—5, sed ex § 3 verba *τῶν δὲ Τυρίων* . . . . usque ad *στρατοπεδείαν* separanda sunt, cum § 2 adhibenda sit, nam quae in ea narrantur cum Curtio IV. 3, 13—14 congruunt. Apud Diodorum series rerum fere eadem est quae apud Curtium, sed hic fontem suum mutavit et relationem fontis Diodori cum tertio suo fonte coniunxit. Nam apud Diodorum rex oppugnatione non contentus simul omni classe urbem cingit. Idem ait Curtius IV. 3, 14: „terrestri simul navalique clade obruebantur.“ Quamquam ea, quae Diodorus hoc loco narravit, interrupta sunt, tamen res traditae ad eundem fontem atque apud Diodorum spectant. Apud illum enim Tyrii, ut moenia duplo firmiora redderent V cubitorum intervallo in medio relicto murum alterum X cubitos latum aedificarunt et vacuum inter utrumque spatium lapidibus et ingesta terra compleverunt.[72]) Curtius hoc loco modo narrat Tyrios interiorem murum exstruere orsos esse. Sed transeamus ad illa, quae Curtius IV. 3, 25 et Diodorus 44, 1—3 memoriae tradunt; hic uberius narrat quam ille. Curtius enim refert Tyrios clypeos aereos multo igne torruisse quos

---

[71]) cf. Diod. XVII. 42, 6: *ὁ δ' Ἀλέξανδρος εἰς ἀμηχανίαν ἐμπίπτων . . . μετεμέλετο μὲν ἐπὶ τῇ τῆς πολιορκίας ἐμβολῇ, ὅμως δὲ τῇ φιλοτιμίᾳ προαγόμενος.*

[72]) Jam vero quae Diodorus hoc loco narravit haud ita se habent, immo quae Curtius in hanc rem attulit recta sunt, nam aliquid simile in oppugnanda Halicarnasso (Arr. I. 21, 4) atque in aliis obsidionibus factum est.

fervida arena repletos e muris in pugnantes coniecisse.[73]) Curtius et Diodorus hoc loco eundem fontem quem nominare non possumus secuti sunt. Neque aliter res se habet cum illis, quae Curt. 4, 1 atque Diod. 45, 7 referunt; ille autem rhetorice narravit deque suo arbitrio aliquid addidit. Ad eundem fontem spectant Curtius IV. 4, 3 et Diodorus 41, 5—6. Raun[74]) et Laudien[75]) has narrationes de belua inter se congruere putant. Kaerst[76]) censet apud utrumque auctorem eandem rem narratam esse, sed a Curtio aliter positam esse. Si vero utramque narrationem perspexeris utrumque auctorem eundem fontem derivatum secutum esse mecum consenties. Quam sententiam pro certo habendam esse multis rebus comprobari potest, sed ea potissimum re, quod Neptunus vel Poseidon commemoratur. Neque vero loci quidam discrepantes desunt. Nam apud Curtium belua super ipsos fluctus dorso eminens ad molem ingens corpus applicuit; apud Diodorum belua flucta ad molem appellitur, quae a Macedonibus iam εἰς ἄφεσιν τοῦ βέλους producta erat; sed altera corporis parte acclinata ad non mediocre tempus in aggere haesit; apud Curtium fluctus diverberat et a capite molis rursus alto se immergit ac, modo super undas eminens magna sui parte,

---

73) Quamquam haec Tyriorum machinatio valde fabulosa esse videtur, tamen facta esse potest, cum arena usque ad candescendum torreri possit. Qua vero machinatione paucos modo Macedones vulneribus affectos mihi verisimile esse videtur, cum arena clypeis demissa dispergatur necesse sit. Quam sententiam Diodorus, quoque habuit dicens (44, 2): ταύτην δὲ διά τινος μηχανῆς τοῖς θρασύτατα μαχομένοις ἐπερρίπτουν.

74) Raun: l. c. p. 10.

75) Laudien: l. c. p. 11.

76) Kaerst: l. c. p. 16.

modo superfusis fluctibus condita haud procul munimentis urbis emergit. Tum Curtius narrat utrisque laetum fuisse beluae aspectum. Apud Diodorum quoque belua utrosque religione occupavit. Utraque enim pars animis ad suam utilitatem inclinatis auxilio Neptunum sibi fore putat. Plane alia est explanatio portenti apud Curtium, qui non modo secum dissentit sed aperte inepta dicit. Refert enim Macedones iter iaciendo operi monstrasse beluam putasse. Curtius [77]) autem ipse multo ante (3, 14) narraverat molem intra teli iactum fuisse et (4, 3) a capite molis beluam rursus alto se immersisse. Tamen paulo post dicit (4, 5) beluam iter iaciendo operi monstrasse. Moles autem illo tempore quo Curtius portentum posuit iam exstructa fuerit necesse est, ut ipse narraverat, et cum eo congruenter Diodorus 41, 5: *ὡς δ' εἰς τὴν ἄφησιν τοῦ βέλους διέτεινε τὸ κατασκευαζόμενον ὑπὸ τῶν Μακεδόνων ἔργον.* Quae cum ita sint, quis est, quin intelligat beluam iter iaciendo operi nullo modo monstrare putari potuisse. Similiter se habet Tyriorum explanatio eiusdem portenti apud Curtium.

Tyrii enim portentum ita interpretantur, ut dicant Neptunum occupati maris vindicem beluam abripuisse ac molem brevi profecto ruituram. Moles autem, ut Curtius multo ante narraverat, iam diruta erat et aggerem rursus dirutum esse Curtius non refert. Quae explanatio portenti tum modo accipienda esset, si Curtius alio superiore loco narrationem de belua protulisset. Sed haec res a Diodoro et Curtio tempore quodam collata est, quo facta esse non potest. Itaque censeamus auctorem fabulosum,

---

77) Muetzell in ed. m. Curtii p. 225 atque Vogel in ed. Curtii p. 110 n. verba apud Curtium: „a capite molis" interpretantur superiorem aggeris partem esse.

quem uterque secutus est, non fontem primarium sed eundem fontem derivatum esse quo Diodorus et Curtius aliis quoque locis usi sunt. Iam vero Curtium ipsum, ut iam Kaerst (l. c. p. 16) commemoravit, hanc fabulam in eo loco collocasse, ubi eam legimus e certis argumentis apparet. Cum enim Curtius initio capitis IV. congruenter cum Diodoro (45, 7) narravit de consilio Alexandri obsidionem solvendi etc. quae ab utroque auctore sub fine narrationis commemorantur, Curtius paulo post ad tradendum portentum de belua redit, de qua Diodorus initio relationis (41, 5) refert.

Restat, ut hoc loco etiam ad Curtium IV. 4, 10—12 et Diodorum 46, 2—3 spectemus. Quis est, qui dubitet, quin Curtius his locis et Aristobulum et fontem Diodori secutus sit atque inter se coniunxerit. Atque in temporibus quidem enarrandis Aristobolum secutus est, sed reliqua omnia ex Diodori fonte hausit.

Ut ad locos Curtii, qui cum Diodoro congruant, revertar hic dicendum est in capitibus 40—44 sedecim, in altera narrationis parte quinque modo locos, qui congruentes probari possent, inventos esse.

Inter omnes fere, qui in hoc literarum genere versantur, satis constat adhuc Diodori eam fuisse consuetudinem, ut unum modo ducem sequeretur, uno scriptore tamquam fundamento uteretur.[78]) Exsistit autem hoc loco quaestio, utrum in Diodori narratione de obsidione Tyri unus modo fons ponendus sit, an ille pluribus fontibus usus sit. Ut de hac re sententiam idoneam dicam, necesse est eos locos apud Diodorum perspiciam, de quibus una cum Arriano et Curtio non disseruimus.

---

[78]) Quam communem opinionem tum pro certo habemus esse veram, si Diodorus poterat uno fonte uti exempli causa Polybio,

In his sunt Diod. 43, 1 et 45, 3—4 qui mirum in modum congruunt.

Diod. XVII, 43, 1: *πρὸς τοὺς μὲν γὰρ καταπελτικὰ βέλη τρόχους κατεσκεύασαν διειλημμένους πυκνοῖς διαφράγμασι, τούτους δὲ διά τινος μηχανῆς δινεύοντες τὰ μὲν συνέτριβον, τά δὲ παρέσυρον τῶν βελῶν, πάντων δὲ τὴν ἐκ τῆς βίας φορὰν ἐξέλυον· τοὺς δ'ἐκ τῶν πετροβόλων φερσμένους λίθους δεχόμενοι μαλακαῖς τισι καὶ συνενδιδούσαις κατασκευαῖς ἐπράυνον τὴν ἐκ τῆς, ὀργανικῆς βίας δύναμιν.*

45 3—4: *ἀντιμηχανώμενοι δὲ πρὸς ταῦτα οἱ Τύριοι πρὸ μὲν τῶν τειχῶν μαρμαρίνους τρόχους ἵσταναν, καὶ διά τινων ὀργάνων τούτους δινεύοντες τὰ φερόμενα βέλη καταπελτικὰ συνέτριβον, καὶ εἰς τὰ πλάγια μέρη προάγοντες ἀπράκτους ἐποίουν τὰς τῶν ἀφιεμένων πληγάς. πρὸς δὲ τούτοις βύρσας καὶ διπλᾶς διφθέρας πεφυκωμένας καταρράπτοντες εἰς ταύτας ἀπεσέχοντο τὰς ἀπὸ τῶν πετροβόλων πληγάς· καὶ μαλακῆς τῆς ἐνδόσεως γινομένης ἐξελύετο τῶν φερομένων πετρῶν ἡ βία.*

Utrisque locis Diodorus eadem remedia narrat, quae Tyrii adversus catapultarum tela comparabant. Priore quidem loco (43, 1) Tyrii rotas crebris intersepimentis distinctas fabricant. Quas dum machinae cuiusdam adminiculo circumvertant, telorum alia comminuunt alia in transversum distorquent. Impetum denique omnium quamlibet violentum infringunt. Lapides autem e petrariis rotatos dum rebus quibusdam mollibus et facile cedentibus excipiunt, vim tormentorum languidiorem reddunt. Eadem remedia, quae Tyrii in defensionem comparant, in capite 45 prorsus similiter referuntur. Quis est, quin intelligat hoc loco easdem res in duobus fontibus diversum in modum narratas esse, ita ut hic auctor diversas esse res suspicatus narrationem utramque reciperet. Hanc quaestionem de locis in quibus Diodorus easdem res iisdem fere vel similibus verbis narrare solet, Broecker accuratius tractavit.[79]) Dum tales loci apud Diodorum maioribus

[79]) Broecker: Mod. Quellenforscher etc. p. 64 sqq.

modo spatiis interiectis inveniuntur,[80]) in narratione de obsidione Tyri mireris easdem res haud magno intervallo bis tractatas inveniri. Solet autem Diodorus, ut iam Broecker memoravit, et singula quaedam verba et narrationes iisdem fere vel similibus verbis repetere. Unde quaestio oritur, utrum Diodorus hos duos locos ex uno fonte hauserit an narratio in c. 45 exscripta sit ex alio fonte atque ea, quae in c. 43 reperiuntur. Si vero commune fere omnium virorum doctorum iudicium sequimur quaestioni a nobis motae respondeamus necesse est Diodorum utramque narrationem ex uno fonte hausisse. Sed hac in re in magnam difficultatem incurrimus, quae cum ea quam supra rettulimus opinione Diodorum tantum modo socorde fontes excerpsisse non bene convenit. Diodorus enim utroque loco certo quidem eadem remedia, quae Tyrii in defensionem comparant, narrat, sed verba quibus utitur nequaquam inter se consentiunt. Quae ambae narrationes partim usque ad verba inter se consentire partim similes aut cognatione quadam inter se coniunctae esse videntur. Huc accedit, quod Diodorus in c. 45 uberius disseruit quam in c. 43. Sin autem in sententia permanemus Diodorum utrumque locum ex eodem fonte hausisse, tamen dubitari non poterit, quin ille animo et industria plura de suo attulerit. Quod attinet ad alias res bis apud Diodorum narratas concedo eas ex uno fonte haustas esse et ab illo certis locis bibliothecae insertas esse. Tamen in nostra quaestione facere non possum, quin Diodorum utrumque locum ex diversis fontibus hausisse putem. Ad quod his potissimum causis adducor: primum quidem, quod altero loco (in c. 45) Diodorus

80) Illud excipimus quod Broecker, l. c. p. 65 attulit de libro XIX c. 72.

accuratius narrat, deinde verba non eo modo congruunt inter se, ut ex eodem fonte hausta esse haud dubie credenda sint. Denique hac re ad sententiam meam adducor. Priore quidem loco (in c. 43) plura facta cum Curtio congruunt; qua de causa ex locis congruentibus apud utrumque auctorem eundem fontem subesse putavimus. Prorsus aliter res se habet in capite 45 quod, si illud omittimus, quod Diodorus de consilio Alexandri obsidionis solvendae et expeditionis in Aegyptum faciendae narravit, nulla ratione cum Curtio congruit. Illius quoque, quod Diodorus in fine capitis de Amynta refert, apud Curtium ne vestigium quidem invenitur. Quibus ex causis censeo Diodorum in narratione de Tyri obsidione non unum modo fontem secutum sed certe duobus fontibus usum esse atque initio capitis 45 ad alterum fontem transiisse. Diodorum autem hunc alterum fontem usque ad finem narrationis secutum esse ex his intelligi potest: ac primum quidem ea res est, quod in c. 46 extrema modo pars paragraphi 2 cum Curtio congruit, dum reliqua omnia ab illo abhorrent, ut exemplis utar illis, quae Diodorus narrat Macedones plus septem milibus concidisse, regem duo milia invenum suspendio affecisse et ultra XIII milia capta esse. Tum autem finis capitis 46 a Curtio dissentit. Postremo tamen ad sententiam meam adducor ea potissimum re, quod Diodorus Abdalonymum regem non Sidonis sed Tyri reddit. Id quod certe ita intelligere videmur, non ut errorem Diodori subesse sed illum hanc rem ex ipso fonte hausisse dicamus. Nam in fine narrationis de obsidione Diodorus commemorat Abdalonymum regem Tyri factum esse.[81]) De hac re controversia difficilis

---

[81]) Utrum Abdalonymum ab Alexandro regem Tyri an Sidonis factum sit, ut Justinus XI. 10, 8 et Curtius IV, 1, 19 sqq.

inter viros doctos orta est. In duas enim contrarias sententias viri doctissimi discedunt quarum alteram Sanctus Crucius[82]) Raun[83]) Droysen[84]) Fraenkel[85]) defendunt, alteram Koehler,[86]) dum Wesseling[87]) satis habet de hac re secum meditatum esse. Nam Sanctus Crucius Raun Droysen Fraenkel Diodorum errasse putant, dum Koehler Diodorum non errasse sed hanc rem ita, ut habet, ex fonte hausisse dicit. Hanc partem sententiae Koehleri rectam esse iudicamus, sed alteram partem eius argumentationis probare non possumus.

Neque enim mihi verisimile esse videtur in libro quodam de Persarum historia hanc verbosam narrationem de Abdalonymo fuisse. Qui locus recte ita mihi intellegi videtur, ut putem Diodorum hanc rem ex alio quodam fonte ac Curtium atque Iustinum hausisse. Quae coniectura probabilior est eis, quae Pesersdorff[88]) de hac re attulit. Cuius sententiam quamquam plurimis in rebus sequimur, tamen improbare debemus ea, quae de rebus Graecorum apud Diodorum commemoravit. Nam cum hic auctor ex consuetudine annalium scripserit, res Graecas nisi eo loco narrare non potuit, quo narravit. Quibus

---

memoriae tradiderunt ex mea sententia nullo modo diiudicari poterit, sed putare malim Curtium atque Justinum vera narrasse. In regis nomine insignis est discordia. Qua de re cf. Diod. bibl. ed. Dindorf, Lips. 1828/31 vol. 5 p. 170 sqq. et Diod. bibl. ed. bipont. vol. VII p. 618 sqq.

[82]) Ste. Croix: Examen critique des historiens d'Alexandre le Grand, Paris 1804, IIe ed. p. 274 sqq.

[83]) Raun: l. c. p. 11 et 12, n. 1 [4])

[84]) Droysen: l. c. I. 1[2] p. 281, n.

[85]) Fraenkel: l. c. p. 390 sqq.

[86]) Koehler: l. c. 16—17.

[87]) Wesseling in Diod. ed. bipont. vol. VII p. 618 et 619.

[88]) Petersdorff: Eine neue Hauptquelle etc. p. 33 sqq.

ex causis Koehleri sententiam probabimus Diodorum hoc loco non errasse sed narrationem de Abdalonymo ex alio quodam fonte hausisse ac Curtium atque Iustinum; qua re opinio nostra Diodorum initio capitis 45 ad alium fontem transiisse etiam magis firmatur. Fontes autem, quibus Diodorus hac in parte bibliothecae utitur, nominari non possunt, cum de obsidione Tyri nulla fragmenta scriptorum primariorum conservata sint.[89]) Sed hoc satis magna cum probabilitate dici potest fontem, quo Diodorus in capp. 40—44 usus sit, fontem derivatum fuisse atque ab auctore quodam fabuloso compositum. De altero fonte Diodori (in capp. 45—47) et hunc ipsum fontem derivatum fuisse statuemus. Id quod ex ea potissimum re cognosces, quod Diodorus narrationem de Abdalonymo rege Tyri facto in illam ipsam urbem atque demum urbe capta transtulit id, quod in fonte primario ita non fuisse potest.

§ 4. De tertio quodam Curtii fonte.

Postquam in superioribus duobus capitibus demonstrare conati sumus, Curtium in narratione de Tyri obsidione et Aristobulum et Diodori fontem saepius secutum esse et utrumque fontem inter se coniunxisse, hac in parte quaestionis nostrae omnes eos locos Curtii perlustrabimus, quos nec cum Diodoro nec cum Arriano

[89]) Ratio nobis habenda sit trium modo fragmentorum, quae apud Muellerum [in ed. Arriani Duebneri (Didot)] inveniuntur: ac primum quidem Aristobuli fragm. 7^b (p. 98), alterum Charetis fragm. 2 (p. 115), tertium Pseudo-Callisthenis c. XXXV (p. 39 sqq.) Quorum fragmentorum primum, Aristobuli fragm. 7^b ad Arrianum II. 18, 3 spectare dicitur, quod mihi non satis probabile esse videtur. Alterum apud Plutarchum Alex. 24 invenitur. Pseudo-Callisthenis c. XXXV nullius momenti est in hac quaestione.

congruentes Curtium ex tertio quodam fonte hausisse putamus. Hunc tertium fontem Curtius secutus est his locis: ac primum quidem in IV. 2, 3, ubi agitur, qua de causa Alexander Tyrum profectus sit. Ait enim regem, ut id faceret, etiam oraculo monitum esse. Ad eundem fontem revocabimus illud, quod Curtius IV. 2, 6 narrat: legatos Tyrum reversos amicos monere coepisse, ut regem, quem Phoenice recepisset, ipsi quoque urbem intrare paterentur. Fortasse putes Curtium ipsum haec finxisse, qui quidem et minas Alexandri rhetorice composuerit, quibus Tyrii, ut eum reciperent, moverentur. Sed hanc opinionem comprobare non possumus, cum postea occasione data contra Kaerstium saepius demonstrare nobis in animo sit, Curtium ipsum nulla facta finxisse eumque ea ipsa, quae non verisimilia esse videantur, ex fonte quodam hausisse. Quam ob rem hoc quoque loco puto Curtium quae in § 6 narrata sunt, ex tertio quodam fonte excerpisse. Idem concludere debemus iis, quae Curtius narrat in §§ 7—8 de Africo, in § 11 de legatis Carthaginiensium, in § 13 de portento quodam apud Tyrios, quo loco his verbis utitur: „sanguinis rivi sub ipsis flammis extitisse dicuntur“: idque omen in Macedonum metum verterunt Tyrii. Quod portentum, ut illud quoque, quod in § 14 narratur, ad idem factum spectare mihi verisimile est. Quae Curtius in § 15 refert cum Arriano II. 24, 3 conferre possis, sed apud Curtium res plane mutatae sunt. Haec autem mutatio non Curtio sed fonti eius attribuenda est. Curtius enim narrat Alexandrum caduceatores, qui ad pacem Tyrios compellerent, misisse: quos Tyrios contra ius gentium occisos in altum praecipitasse. Simile aliquid Arrianus II. 24, 3 memoravit. Utramque narrationem ad idem factum spectare mihi probatum est. Caduceatores Alexandri Curtius rursus (2, 17) commemorat. Ea quoque, quae

(2, 24) narrat Tyrios navigia procul a conspectu hostium litori appulisse Macedonesque aliquot necasse ex tertio fonte hausta sunt. Tum in fine capitis II. Curtius ex eodem fonte mediae narrationi excursum illum de Macedonibus in Libano ab Arabibus interfectis inseruit. Ea res Alexandrum dividere copias coëgit: operi Perdiccan Crateronque praefecit, ipse cum expedita manu Arabiam petiit. Arabia rediens Alexander molis vix ulla vestigia invenit (3, 7). Quae Curtius in § 9 narrat Tyrios, quae ad impediendam molem excogitari poterant, segniter non executos esse, aeque ac § 10 quoque ex tertio fonte hausta sunt. Ad eundem fontem Curtius in §§ 16—18 de tempestate spectat, cum ceteri fontes de hac re nihil referant. Curtium cum § 16 fontem mutasse mihi verisimile est, praeterea quod in § 15 ille ait: „sic instructas quadriremes ad urbem agebant" et initio § 16: „media nox erat, cum classem, sicuti dictum est, paratam circumire muros iubet. Ex hoc tertio fonte ea quoque, quae sequuntur apud Curtium (IV. 3, 19–25) usque ad verba: „aut ipsa naviga lacerabant" hausta sunt: legati XXX Carthaginiensium superveniunt. Quos paulo post alteram tempestatem a Curtio narratam advenisse putamus, quippe Macedonum naves portus praecludebant atque muros undique circumibant. Legati autem Poenos domestico bello impediri nec de imperio sed pro salute dimicare nuntiant.[90]) Neque tamen Tyrii defecere animis, sed coniuges liberosque devehendos Carthaginem tradunt. Ad hoc conferenda sunt ea quae Curtius alio loco (IV. 2, 10—11) narravit. Eo ipso tempore paulo ante

---

[90]) Carthagines tempore obsidionis Tyri a Syracusanis vexatos esse nusquam commemoratur. Curtium vel fontem eius errasse necesse esse iam Sanctus Crucius l. c. p. 275—276 exposuit.

obsidionem Tyri legati Carthaginiensium more patrio ad celebrandum anniversarium Tyrum venerant, qui Tyrios hortarentur, ut obsidionem forti animo paterentur: brevi enim Carthagine auxilia ventura. Coniuges liberosque Carthaginem devectos esse Curtius hoc loco non narrat, sed alio loco (3, 20) dicit. Attamen mulieres liberosque Tyri aut omnes aut plerosque remansisse inde conicere cogimur, quod Curtius IV. 4, 14 ait: „pueri virginesque templa conpleverant". Ad hoc conferas Diodorum XVII. 41, 1—2, qui quo modo re vera res gestae sint, narrare videtur. Tum Diodorus alio loco (46, 4) urbe capta narrat Alexandrum imbellem aetatem feminenmque sexum servituti addixisse. Numerum captivorum permagnum fuisse, quamvis maxima pars Carthaginem deportata esset. Iustinus (XI. 10, 14) quoque refert imbellem aetatem Carthaginem amotam esse sed ante obsidionem. Si vero Arrianum quoque respicias ex his diversis narrationibus intelligas re vera legatos Carthaginiensium ad celebrandum sacrum anniversarium Herculis Tyrum advenisse; sed eorum adventus in initium obsidionis cadere debet. Quae apud Curtium sequuntur in § 22 a verbis: „Syracusanis id simulacrum[91]) etc. . . . et § 23 ex alio quodam fonte hausta et a Curtio ipso hoc loco mediae narrationi inserta esse putem. In § 24 Curtius rursus ad tertium suum fontem spectat. Eandem rem esse cum narratione de potatione Tyriorum (4, 5) inde putabimus, quod adhuc nondum certis argumentis probatum est

---

[91]) Hoc loco Muetzell (in ed. m. Curtii p. 219) annotavit haec: „es ist schon mit Recht konstatirt worden, dass hier der Name Syracusis irrtümlich gebraucht ist, da Syracus nie von den Karthagern geplündert worden ist. Wahrscheinlich spricht Diod. XIII. 108, 4 von derselben Sache." Explanationem Muetzelii, cur Curtius Syracusis pro Gelois usus sit, comprobamus.

Curtium ipsum facta quaedam finxisse. Kaerst quidem hoc demonstrare conatus est, sed equidem demonstrari posse putaverim Curtium iam in fontibus suis narrationes ab aliis scriptoribus rerum Alexandri Magni abhorrentes invenisse, quas operi suo inseruit. Quae Curtius IV. 4, 6 9 commemoravit fortasse cum Arriano II. 20, 10; II. 22, 1–2; II. 22, 4—5 et cum Diodoro XVII. 42, 3—4 conjungas. Rediens enim ad ea, quae in § 2 narraverat, Curtius hoc loco refert Alexandrum classem in diversam partem agi iussisse. Arrianus quoque de duplice positione classis loquitur. Tum Tyrii naves Macedonum improviso invadunt; Alexander suis auxilio venit. Omnia Tyriorum naviqia portum repetunt. Confestim rex insecutus portum quidem intrare non potuit, naves autem aliquot Tyrii amittunt. Quamquam Diodorus haec alio modo rettulit, tamen extremae parti narrationis magna est similitudo cum Arriano et Curtio. Qua de causa verisimile mihi esse videtur Curtium Arrianum Diodorum in extrema parte huius narrationis ad idem factum spectare. Omnibus autem perspicuum erit hos scriptores diversos fontes secutos esse. Curtius narrationem (§ 6–9) ex tertio suo fonte hausisse videtur.

§ 5. De Curtio et Iustino.

Quamquam Iustinus de Tyri obsidione pauca modo verba fecit, tamen hic singulis in rebus mirum in modum cum Curtio congruit. Priusquam autem ad hos locos congruentes tractandos aggrediar, pauca dicenda sunt de ratione, qua Iustinus ex historiis Pompei Trogi excerpserit. Iustinus enim multa gravia omisit, quod ex prologis historiarum Philippicarum Pompei Trogi intelligi potest. Pugnas Iustinus nullo loco accurate descripsit, fabulas autem pluribus verbis narravit. Qua

de causa historia de Abdalonymo apud illum uberius enarratur, dum narratio de obsidione Tyri brevissima est. Quae Iustinus de hac re memoriae tradidit his locis cum Curtio congruunt.

1) Iust. XI. 10, 10 Tyriorum civitas cum coronam auream .. per legatos .... misisset, grate munere accepto Tyrum se ire velle ad vota Herculi reddenda dixit.	Curt. IV. 2, 2 Coronam igitur auream donum legati adferebant .... Ille dona ut ab amicis accipi iussit benigneque legatos adlocutus Herculi sacrificare velle se dixit.
Iust. XI. 10, 11 Cum legati rectius id eum Tyro vetere et antiquiore templo facturum dicerent, deprecantes eius introitum, ita exarsit, ut urbi excidium minaretur	Curt. IV. 2, 4. Legati respondent, esse templum Herculis extra urbem in ea sede, quam Palaetyron ipsi vocent: ibi regem deo sacrum rite facturum. § 5. non tenuit iram ... aut intraturum me urbem aut oppugnaturum.

Crohn[92]) et Petersdorff[93]) putant hos locos apud Curtium et Iustinum ad eundem fontem latinum, Pompeium Trogum, spectare. Neque tamen tantum consensum verborum invenimus, ut hos locos ad Pompeium Torgum revocare possimus. Sane Crohnio et Petersdorffio concedendum est utrumque auctorem his locis mirum in modum congruere, sed hanc consensionem ita rectissime explanari puto, ut Curtium et Iustinum ad eundem fontem Graecum spectare censeamus. Ut mihi quidem videtur hi loci minime illam sententiam Crohni et Petersdorffi, Curtium Pompeio Trogo usum esse probant. Ceteris, quae apud Iustinum narrata sunt, in quaestione nostra uti non possumus, nisi forte singula quaedam, ut recte perspiciantur, uberius tractanda sunt, ut exemplis

92) Crohn: in diss. p. 32.

93) Petersdorff: Eine neue Hauptquelle etc. p. 8.

utar his verbis in § 14: „arcessitis mox auxiliis", id quod est: postquam a Carthaginiensibus auxilia petierunt. Interpretatione eget hic quoque locus apud Iustinum (XI. 10, 14) „non magno post tempore capiuntur." Ad hoc conferas Curtium IV. 3, 19 ubi agitur de adventu alterius legationis Charthaginiensium sub fine obsidionis. Tyrus autem paulo post adventum alterius legationis capta est. Qua de causa versimile mihi esse videtur Iustinum simile aliquid de altera legatione in fonte suo invenisse atque perverse interpretatum esse: „non magno post tempore capiuntur." Qua ex re ab Iustino tradita nobis fortasse liceat conicere Pompeium Trogum tertio quoque fonte Curtii usum esse.

§ 6. Qua ratione Curtius fontibus suis usus sit.

Fundamentum huius quaestionis est Kaerstii disputatio. Recte enim vir ille doctissimus de hac re (p. 14) dixit-veniam mihi detis, si eius ipsis verbis utor — „es leitet ihn dabei kein inneres Princip historischer Kritik, sondern ganz äusserlich fügt er bald hier ein Stück von diesem, bald dort ein Stück von jenem Historiker zu einer Erzählung zusammen. Nur das lässt sich im Allgemeinen festhalten, dass er sich hübsche und effectvolle Schilderungen und Erzählungen selten entgehen lässt." Sed illam sententiam plane impugnare debemus Curtium fontes suos ex libidine mutasse. Kaerst quidem hanc sententiam argumentis comprobare conatus est, sed mihi quidem persuasum est, et vobis me persuasurum confido, illum errasse quod attinet ad eos locos, quos de obsidione Tyri ad opinionem suam firmandam attulit. De loco apud Curtium 3, 12 et apud Arrianum II. 20, 9 iam supra disseruimus. Si vero Kaerst (p. 21 sqq.) dixit Curtium

etiam mutationes quasdam rhetorices causa de industria fecisse, ille vir doctissimus etiam hac in re erravit, id quod demonstrabo, ut exemplo utar, in ea re, quam Kaerst (p. 24 sqq.) de Curtio IV. 3, 11 exposuit. Ait enim hoc loco (p. 25) haec: „es kommt hier das Bestreben der rhetorischen, nicht pragmatischen Geschichtsschreibung hinzu, von recht äusserlichen, meistenteils sogar recht wunderbaren Anlässen grosse Einflüsse auf die Gestaltung der Ereignisse abzuleiten.“ Koehler (l. c. p. 27), qui hanc Kaerstii sententiam impugnat, censet de locis apud Diodorum 42, 6 et apud Curtium IV. 3, 11 et 4, 1 non satis certe intelligi posse utrum Curtius ex narratione Clitarchi duas diversas narrationes fecerit necne. Sed argumentatio Kaerstii improbanda est, cum et illum et Koehlerum locus apud Diodorum (45, 7) fugerit. Minime enim Curtius hoc loco rhetorices causa ex voluntate mutavit, neque Kaerst ad eam sententiam traheretur, nisi locum apud Diodorum 45, 7 neglegentia praeteriisset. Nam hoc loco intelliges Curtium nullo modo ex arbitrio res mutasse, sed illa, quae (4, 1) narravit, ex eodem fonte hausisse, quo Diodorus quoque usus sit.

Diod. XVII. 45, 7: *καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἔκρινε λῦσαι τὴν πολιορκίαν καὶ τὴν στρατείαν ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον ποιεῖσθαι· μετανοήσας δὲ πάλιν καὶ νομίσας αἰσχρὸν εἶναι ταραχωρῆσαι Τυρίοις τῆς κατὰ τὴν πολιορκίαν δόξης.*	Curt. 4, 1. Hic rex fatigatus statuerat soluta obsidione Aegyptum petere. Ceterum tam discedere inritum, quam morari pudebat: famam quoque .... ratus leviorem fore, si Tyrum quasi testem se posse vinci reliquisset.

Eadem fortasse licet statuere in illis quae Kaerst (p. 17) attulit de causa, cur Curtius regem aggerem latius exstrui iussisse narrasset, quamquam haec coniectura nullo loco apud Diodorum cum Curtio congruente comprobari potest. Cetera quae Kaerst in hanc sententiam

protulit, hoc loco tractari non potest. Sed quaestione nostra illa Kaerstii opinio comprobatur Curtium scriptorem prorsus rhetoricum fuisse id, quod nuper Fraenkel (l. c. p. 21 sqq.) argumentis inanibus negavit. Ait enim (p. 22) vir ille doctissimus de Curtio haec: seine Darstellung ist rhetorisch, wenn seine Quelle einen rhetorischen Autor, den Clitarch, reproduzirt, nüchtern ist sie, wenn die Quelle einen nüchternen Auctor — den Aristobul — verarbeitet hat.“ Ex his, quae ad sententiam nostram Curtium ipsum scriptorem rhetoricum fuisse probandam attulimus, hanc opinionem satis redarguisse mihi videor. Neque enim Fraenkel sententiam, suam argumentis certis probavit, neque rectum est Curtium, quod attinet ad locos rhetorice scriptos Clitarchum solum secutum esse. Nam Crohn et Petersdorff[94]) demonstraverunt Curtium etiam Pompeio Trogo, haud dubie rhetorico scriptore, usum esse. Curtius igitur fortasse locos quosdam rhetorice scriptos ex Pompeio Trogo hausit. Tum autem illa Fraenkelii sententia inde potissimum improbanda est quod adhuc de libro Clitarchi pauca modo explorata sunt, praesertim cum pauca modo fragmenta eius ad nos pervenerint.

Haec summa est quaestionis nostrae de fontibus Curtii in Tyri obsidione enarranda: Curtius certe quattuor fontibus utitur, quos arbitrio inter se ita coniunxit, ut in fontibus eius quaerendis cogamur minores quasdam partes alterius fontis ex maioribus partibus alterius excidere. Primus quidem horum quattuor fontium mirum in modum cum Aristobulo congruit, ut in § 2 disputationis nostrae contra Petersdorffium demonstrare conati

---

[94]) Eis, quae in tractando Iustino contra Crohnium et Petersdorffium opposuimus, sententiam eorum nondum refutavimus.

sumus; alter autem fons Curtii multis in rebus cum eo fonte consentit, quo Diodorus in capp. 40—44 usus sit. Quamquam plures locos Diodori cum Curtio congruentes invenimus, tamen dubitemus, num Curtius alterum Diodori fontis (in capp. 45—47) secutus sit. Ex tertio quodam fonte Curtius ea omnia hausit, quorum ceteri scriptores rerum Alexandri Magni mentionem non fecerunt. Quarto fonte Curtius eodem quo Pompeius Trogus usus est, sed hac in re fieri potest, ut fons apud Curtium IV. 1, 2, 4, 5 atque apud Iustinum XI. 10, 10 sqq. cum tertio Curtii fonte congruat.

Sententiae controversae.

1) Arrianus res gestas Alexandri Magni prorsus ex Macedonum parte enarravit.

2) Macedones esse Graecos mihi verisimile esse videtur.

3) Apud Diodorum XVII, 65, 1 pro „Τραλλεῖς δὲ τρισχίλιοι καὶ πεντακόσιοι conicio Θρᾷκες δὲ etc.

Vita.

Natus sum Maximilianus Glueck Tilse a. d. V Idus Novembr. a. MDCCCLIX parte Adolpho, matre Emma de gente Vortheil. Pater mihi ante hos quattuor annos ereptus est, matrem superstitem esse laetor. Fidei addictus sum evangelicae. Primis litterarum elementis in vico Borussiae orientalis, cui nomen est Kaukehmen, in ludo litterario imbutus deinde a magistro quodam privato linguis et latino et francogallica eruditus sum.

Vere a. h. s. LXXII adii realgymnasium Tilsense, ubi sub auspiciis Kochii, cui gratiam semper habebo maximam, vere a. h. s. LXXXI maturitatis testimonium adeptus sum. Aestatem e. a. domi versatus deinde autumno civibus almae universitatis Regimontanae adscriptus sum, ut studiis linguarum recentiorum operam darem. Vere anni h. s. LXXXIII gymnasii Tilsensis maturitatem adeptus per sex semestria studiis historicis nec non geopraphicis operam dedi. Per sex semestria seminarii historici sodalis fui, praeterea exercitationibus geographicis, quas moderabatur Zoeppritz, per quattuor semestria interfui. Examen rigorosum d. VIII Martis subii. Audivi viros illustrissimos hosce: **Baumgart**, **Hahn**, **Jordan**, **Kissner**, **Lohmeyer**, **Ludwich**, **Prutz**, **Ruehl**, **Schade**, **Schubert**, **Thiele**, **Walter**, **Wichert**, **Zoeppritz** †, Favre, quibus omnibus gratias ago quam maximas. Imprimis vero Prutzium, Ruehlium, Schubertum adiutores studiorum meorum paratissimos semper in grato animo habiturum me esse profiteor.

Jahresbericht

über das

Königliche Gymnasium zu Hersfeld

womit

zu den am 7. und 8. April 1873

stattfindenden

Schulfeierlichkeiten und Prüfungen

ergebenst einladet

der Director des Königlichen Gymnasiums

Dr. Georg Friedrich Eysell.

Inhalt:

Hersfeld 1873.

Druck von Ludwig Funk.

Berichtigung.

S. 6 Z. 14 v. o. ergänze hinter: älteste — „die bisherige Tradition zusammenfassende."

S. 21 Anmerkung lies: Einen Fall.

Vorwort.

Am Ausgang der klassischen Zeit des Hellenenthums concentrirt sich unser Interesse in zwei großen Persönlichkeiten, die, gesättigt von der Fülle griechischer Ideen, ebenso sehr die ihnen vorangegangene Kulturperiode zum Abschluß bringen, als sie eine neue, bedeutsame Reihe von Entwickelungsphasen in der Geschichte der menschlichen Kultur einleiten, — Alexander und Aristoteles. Wie dieser das Facit der gesammten wissenschaftlichen Forschung der griechischen Denker vor ihm zieht und fast unumschränkt die philosophische Speculation des Mittelalters beherrscht, so verwirklicht jener, als ein anderer Achill, in sich das Ideal hellenischen Heldenthums und wird in der Folgezeit ein Lieblingsgegenstand poetischer Verherrlichung für die Literatur aller Kulturvölker des Morgen- und Abendlandes. Alexander ward der Vollstrecker der Rache, die Griechenland asiatischer Unbill längst zugedacht hatte; er hat aber zugleich den Orient mit griechischer Bildung durchdrungen und so den Boden zubereitet, auf dem nachmals das Christenthum erwuchs. Es ist darum auch nicht zufällig, daß sich späterhin seiner Persönlichkeit in

gleicher Weise die orientalische Mystik [1]) wie die christliche Romantik des Mittelalters bemächtigte. Was er am Grabe Achills gewünscht, einen Sänger seiner Thaten zu finden, das ist ihm in reichem Maße zu Theil geworden; drei Welttheile haben gewetteifert, ihn zu feiern: Egypter, Griechen, Armenier, Perser, Juden, Syrer, Araber, Türken, Lateiner, Franzosen, Spanier, Engländer, Schotten u. a. und nicht zum geringsten die Deutschen. Und wie der christliche Dichter in dem tiefsinnigen deutschen Epos den Heidenkönig gerettet werden und eingehn läßt in die Seligkeit des Himmels [2]), so hat ihn der Orient zum großen Glaubenskämpfer gemacht, zum Propheten des Islam vor Muhammed [3]).

Literatur der Alexandersage.

Die folgenden Erörterungen beschäftigen sich mit der Person dieses Alexander, nicht wie ihn die Geschichte kennt, sondern wie ihn die Sage verherrlicht hat; sie gelten der Entstehung und den Weiterbildungen dieser Sage. Man wird die kulturhistorische Wichtigkeit derselben besser ermessen können, wenn man die Art

---

[1]) Vgl. die Abhandlung von Ethé in den Sitzungsberichten der philos., philol. und histor. Klasse der Kgl. Bayr. Akad. der Wissensch. zu München. 1871. Heft 3: „Alexanders Zug zur Lebensquelle im Lande der Finsternis. Eine Episode aus Nisamis Iskendername, übers., commentirt und bez. seinem mystischen Inhalt nach genauer beleuchtet."

[2]) Alexander, Gedicht des XII. Jahrh. vom Pfaffen Lamprecht. Herausgeg. von Dr. H. Weismann. Frankf. a. M. 1850. I. Band, Seite 399. (Vers 7096 ff.)

[3]) Siehe: Koran, Sure XVIII (El - kehf), 82 ff.

und die Menge ihrer Verzweigungen kennt. Ich schicke daher der eigentlichen Abhandlung einige über die Literatur der Alexandersage orientirende Notizen voraus. Diese Zusammenstellung macht keinen Anspruch auf Vollständigkeit, da einestheils noch manche orientalische und occidentalische Alexanderlieder da und dort in den Bibliotheken verborgen liegen mögen, anderntheils es schwer ist, aller bereits bekannten, theilweise sehr seltenen Werke habhaft zu werden. Sie giebt nur möglichst genau die Quellenschriften an, aus denen Weiteres zu entnehmen ist, hebt das eine oder andere des in Specialabhandlungen und Sammelwerken Zerstreuten hervor [1]) und ist ausführlicher gehalten, wo es sich um die Anfänge der Sagenbildung und um die unbekanntere orientalische Literatur handelt, kurz gefaßt, wo die modernen europäischen Bearbeitungen zur Sprache kommen.

Die Quelle aller Alexandersagen ist ein zu Alexandria zur Zeit der Ptolemäer entstandener, fälschlich nach dem Philosophen Kallisthenes von Olynth (c. 368—328), dem zeitweiligen Begleiter Alexanders auf seinen asiatischen Eroberungszügen, genannter griechischer Roman [2]). Ausgehend von einzelnen durch griechische Schriftsteller überlieferten Wundergeschichten aus Alexanders Leben [3]) und anknüpfend an heimische Sagen, die

[1]) Hauptquellen: Gräße: Allgem. Literärgeschichte II. B. 3 Abth. 1. Hälfte pag. 435—456. Weismanns schon erwähntes Buch, Band II. — Dr. Fr. Spiegel: „Die Alexandersage bei den Orientalen." Leipzig 1851. — Jul. Zacher: Pseudokallisthenes, Forschungen zur Kritik und Geschichte der ältesten Aufzeichnung der Alexandersage. Halle 1867.

[2]) Die lateinische Uebersetzung nennt als Autor Aesop, dessen Fabeln oft mit Pseudokallisthenes zusammengeheftet erscheinen, die armenische Aristoteles; eine hebräische weist sogar auf Ptolemäus I. Lagi als den eigentlichen Verfasser hin. Ueber des Kallisthenes Leben und sein bekanntes tragisches Ende siehe: C. Müller: Reliqua Arriani et scriptorum de rebus Alexandri M. fragmenta et Pseudo-Callisthenis historia fabulosa. Paris. 1846. Eben daselbst die Fragmente seiner Werke. Er galt für einen der zehn klassischen Geschichtsschreiber der Griechen.

[3]) Plutarch. Alex. 2. 3. 27. Strabo XV, 35. Callisth. fragm. 25. 36. Ptolemaeus Lagi fragm. 7. (Müller) ꝛc.

das Verhältnis des macedonischen Königs zum libyschen Ammon und zur Hauptstadt des Ptolemäerreichs betrafen, hat der Verfasser des Buchs die Thatsachen der Geschichte in der freiesten Weise umgestaltet und den großen Eroberer aus patriotischer Eitelkeit zu einem egyptischen Nationalhelden gemacht. Jüngere griechische Bearbeiter dieses Romans haben wiederum, andern religiösen Anschauungen und volksthümlichen Bedürfnissen Rechnung tragend, von dem Ihrigen hinzugefügt [1]), und nach der Verpflanzung der Sage auf fremdländischen Boden hat vollends eine solche Menge wundersamer Dichtungen an den ursprünglichen Stamm sich angesetzt, daß es oft schwer hält, aus all den späteren Umbildungen, Nachbildungen und Neuschöpfungen die alte Ueberlieferung rein herauszuschälen.

16. Verfügung des Königl. Prov.-Schulcollegiums vom 17. anuar 1873: Es ist wiederholt vorgekommen, daß ein Schüler, er in verhältnismäßig kurzer Zeit zwei höhere Lehranstalten beucht hatte, von dem Director der zweiten bei seinem Abgange as frühere Abgangszeugnis, welches er ordnungsmäßig vorgelegt atte, zurück verlangte, wenn dieses günstiger lautete als das, velches er von der zweiten erhielt, selbstverständlich um künftig as erstere statt des letzteren zu brauchen. Es ist deshalb nöthig, aß ein früheres Abgangszeugnis, wenn es zurückgegeben wird, nit dem nöthigen Vermerke versehen oder daß unmittelbar unter daselbe das zweite Abgangszeugnis geschrieben wird. Uebrigens ist unter allen Umständen in das Abgangszeugnis eines Schülers, der bereits eine andere höhere Lehranstalt besucht hat, der wesentliche Inhalt des früheren Abgangszeugnisses aufzunehmen.

17. Unter dem 10. Februar 1873 wurden durch Beschluß derselben h. Behörde die beiden Hülfslehrer Steiger und Bender zu ordentlichen Lehrern befördert.

III.

Chronik

des verflossenen Schuljahrs.

Das Schuljahr wurde am 11. April 1872 mit Ansprache und Gebet des Directors eröffnet.

Am 18. April starb der Pedell Ditmar Werner nach langem Krankenlager. Die Stelle wurde durch die Familie desselben bis Ende October versehen. Seitdem übernahm der bisherige Sergeant im 88. Infanterie-Regiment J. M. Servatius die Geschäfte des Gymnasialdieners und wurde am 13. November als solcher verpflichtet.

Vom 5. bis 8. Juni machten gegen 100 Schüler der vier oberen Klassen unter Führung von vier Lehrern eine Turnfahrt nach Schmalkalden und Thüringen. Den gastfreien Bewohnern von Schmalkalden und Waltershausen, welche die jugendliche Turnerschaar in so freundlicher Weise aufnahmen, sei dafür nochmals lebhafter Dank ausgesprochen. Mit sämmtlichen zurückgebliebenen Schülern wurde der Unterricht fortgesetzt.

Die Sommerferien begannen am 1. Juli und dauerten vier Wochen.

Die gemeinschaftliche Abendmahlsfeier fand am 18. August statt.

Das Gedächtnis der großen Ereignisse des Jahres 1870 und 1871 ward seitens der Anstalt am 2. September von Morgens 8 Uhr an zunächst im Auditorium durch Declamation einiger Schüler und eine Rede des Directors, sowie von 9 Uhr an in der Kirche durch Theilnahme an dem allgemeinen Gottesdienste gefeiert.

Die Classenexamina hielt der Unterzeichnete vom 30. September bis zum 4. October.

Am 5. October lief das Sommerhalbjahr ab, am 21. October begann das Wintersemester.

Kurz nach Anfang desselben lief die Trauernachricht von dem am 8. November Abends 9 Uhr zu Cassel erfolgten Ableben des vorhinnigen Directors des Gymnasiums Dr. Wilhelm Münscher ein. Derselbe hatte beinahe seine ganze mehr als fünfzigjährige Wirksamkeit als Lehrer und Director der Anstalt gewidmet und durch ausgezeichnete Gaben des Geistes und Herzens sich die allgemeine Liebe seiner Schüler und Amtsgenossen sowie der Bewohner hiesiger Stadt erworben. Diese Liebe war ihm auch nach seinem im Herbst 1867 erfolgten Rücktritt von der Leitung des Gymnasiums geblieben und bekundete sich bei der Leichenfeier durch Deputationen sowohl seitens der Schüler und Lehrer der Anstalt als der Bürgerschaft Hersfelds. Ehre seinem Andenken für und für!

Das Geburtsfest Sr. Majestät des Königs und Kaisers wurde am 22. März vom Gymnasium durch einen Declamations- und Redeact gefeiert. Die Festrede hielt der GL. Berlit.

Der Capitalfond der Münscherstiftung erfuhr im Jahre 1872 keine Veränderung. Das Stipendium wurde den Primanern Georg Eichler und Adolf Schwedes mit je 23 Thlr. verliehen.

Der Fond zur Gründung eines neuen Freitisches, dessen in den Programmen pro 1870 S. 11 und pro 1871 S. 47 gedacht ist, hat sich inmittelst durch freiwillige Gaben auf 128 Thaler 13 Sgr. 1 Pf. gesteigert.

Maturitätsprüfungen

fanden im verwichenen Schuljahr zwei unter dem Vorsitz des Königlichen Commissarius Herrn Provinzial-Schulraths Dr. Rumpel statt. Auf Grund der ersten, welche am 19. September 1872 abgehalten wurde, erhielten folgende Oberprimaner das Zeugnis der Reife und wurden am Schulschluß (5. October) feierlich entlassen:

1) Georg Eichler, Sohn des Real-Oberlehrers Eichler zu Eschwege, um in Graz Medicin zu studiren, und

2) Gustav Brill, Sohn des praktischen Arztes Dr. Brill in Eschwege, um sich in Marburg dem Studium der Medicin zu widmen.

Eichler hat 2, Brill 2½ Jahre die Prima besucht.

Das zweite, am 3. April abgehaltene Abiturienten-Examen bestanden folgende Oberprimaner welche am Schluß des Schuljahres feierlich entlassen werden:

1) Friedrich Pfaff, Sohn des verstorbenen Justizbeamten Pfaff zu Steinbach-Hallenberg, um in Marburg Philologie zu studiren; er wurde von der mündlichen Prüfung entbunden.

2) Joseph Endreß, Sohn des verstorbenen Bierbrauers Endreß zu Limburg an der Lahn. Er will Theologie in Marburg studiren.

3) Hartmann Credé, Sohn des Hospitalsverwalters Credé zu Treysa, um sich dem Studium der Philologie in Leipzig zu widmen.

4) William Spangenberg, Sohn des Kreisphysikus Dr. Spangenberg zu Schlüchtern. Studium: Jurisprudenz in Leipzig.

Credé und Spangenberg haben 2½ Jahre, die übrigen Abiturienten 2 Jahre der Prima angehört.

Abschiedsreden werden halten der Abiturient Pfaff in lateinischer, der Abiturient Spangenberg in deutscher Sprache.

Aufgaben für die schriftliche Maturitäts-Prüfung.

A. Im Sommer 1872.

1. Deutscher Aufsatz: Warum vermochten die Römer zwar Gallien, aber nicht Germanien dauernd zu unterwerfen?
2. Lateinischer Aufsatz: **Quibus rebus imperator Augustus Romanorum civitati plurimum profuerit.**
3. Mathematische Aufgaben:
   a) Ein Stück Tuch zieht sich bei der Benetzung mit Wasser in der Länge um den neunten, in der Breite um den fünfzehnten Theil zusammen. Dem Inhalte nach wird das Stück dadurch um 105,8 □m, dem Umfange nach um 46,4 m kleiner. Wie lang und wie breit ist das Tuch?
   b) Die trigonometrische Formel für den Inhalt eines Dreiecks $J = \sqrt{s\,(s-a)\,(s-b)\,(s-c)}$ arithmetisch zu entwickeln.
   c) Ein rechtwinkeliges Dreieck mit den Katheten 3 und 4 Fuß rotirt um eine Achse, mit der es in einer Ebene liegt, so, daß die Hypotenuse der Achse zugedreht ist und ihre Endpunkte von derselben 2 (ihr Schnittpunkt mit der größern Kathete) und 5 Fuß entfernt sind. Wie groß ist der kubische Inhalt dieses Rotationskörpers?

d) In einen Halbkreis ein Quadrat zu zeichnen.

B. Im Winter 1873.

1. Deutscher Aufsatz: In wiefern kann der große Kurfürst als Gründer der preußischen Monarchie betrachtet werden?
2. Lateinischer Aufsatz: Quibus in rebus cernitur Romanorum magnitudo?
3. Mathematische Aufgaben:
   a) Welches ist der kubische Inhalt der kleinsten Kugel, in welche ein Dreieck so gelegt werden kann, daß seine Ecken genau in die Kugeloberfläche fallen, wenn Seite a = 5,4 cm b = 2,8 cm und der eingeschlossene Winkel $\gamma = 69° 42' 57''$, 2 ist?
   b) Innerhalb eines rechten Winkels ein Parallelogramm zu zeichnen: Zwei Ecken sollen auf den Schenkeln also liegen, daß bei einer jeden zu beiden Seiten zwei gleiche Winkel entstehen, auch soll die von jenen Ecken begrenzte Seite durch einen gegebenen Punkt gehen, und eine dritte Ecke soll in einem andern gegebenen Punkt liegen.
   c) Die Differenz zweier Zahlen ist gleich 3, die Differenz ihrer Kuben gleich 657. Wie heißen die beiden Zahlen?
   d) Ein Capital von 40000 Thalern ist zu 5 % auf Zinseszins ausgeliehen. Nach wieviel Jahren werden die Zinsen 34440 Thaler 18 Ngr. 6 Pf. (1 Ngr. = 10 Pf.) betragen, wenn die Zinsen vierteljährlich zum Capital geschlagen werden?

IV.

Statistische Uebersicht.

A. Lehrer.

Am Schlusse des Schuljahrs sind als Lehrer an der Anstalt thätig:

1) Der Director und erste Lehrer: Dr. Georg Friedr. Eysell.

2) 3 Oberlehrer: Prorector Professor Dr. Christian Philipp Eduard Deichmann, Pfarrer Wilhelm Wiegand, Professor Dr. Heinrich Wiskemann.

3) 8 ordentliche Lehrer: Dr. Hermann Albrecht Wilhelm Dieterich, Dr. Ignaz Ritz, Adolf Heermann, Bruno Berlit, Dr. Arved Klippert, August Römheld, Karl August Steiger, Karl Hermann Bender.

4) Der beauftragte Lehrer Kaplan Breitung für den katholischen Religionsunterricht.

5) 2 außerordentliche Lehrer: Friedrich Anacker, Gesang- und Schreiblehrer; Helwig Knauff, Zeichenlehrer.

B. Schüler.

Die Schülerzahl betrug am 15. März 1871: 171. Davon gingen bis zum Schluß des Wintersemesters noch 6 ohne Vollendung des Gymnasialcursus (2 auf andere Gymnasien, 4 zu anderweiter Bestimmung) ab, so daß am Ende des Schuljahrs 1871|72 noch 165 verblieben.

Im Sommersemester 1872 belief sich nach Aufnahme von 54 Schülern die Gesammtzahl auf 219. Davon sind bis Ende des Semesters abgegangen: 2 mit Zeugnissen der Reife (s. S. 75), und 15 ohne Absolvirung des Gymnasialcursus (4 auf andere Gymnasien, 1 auf eine höhere Bürgerschule, 10 zu anderweiter Bestimmung), zusammen 17. Am Schluß dieses Semesters zählte demnach die Anstalt 202 Schüler.

Im Wintersemester gingen 6 Schüler zu; Gesammtzahl 211. Hiervon sind abgegangen und werden bis zum Schluß des Semesters abgehen: 4 mit Maturitätszeugnissen (s. S. 75), 23 ohne Vollendung des Gymnasialcursus (3 auf andere Gymnasien, 20 zu anderen Berufsarten).

Schülerbestand hiernach am 4. April 184 und zwar in Prima 21, Ober-Secunda 19, Unter-Secunda 33, Ober-Tertia 37, Unter-Tertia 24, Quarta 22, Quinta 13, Sexta 15.

V.
Lehrmittel.

1. Lehrerbibliothek. Die Zahl der Bände ist von 5647 auf 5691, die der Lehrmittel von 73 auf 75 gestiegen.

Geschenke erhielt die Bibliothek von Sr. Majestät dem Kaiser und König; ferner von der Hinrichsschen Buchhandlung.

2. Schülerbibliothek. Der Zuwachs beläuft sich auf 40 neue Nummern, von 2199 auf 2239.

3. Hülfsbibliothek. Sie hat sich von 260 bis zu 268 Bänden vermehrt. — Geschenke erhielt sie vom Director und von abgegangenen Schülern des Gymnasiums.

VI.
Ordnung der öffentlichen Prüfungen und Schulfeierlichkeiten.

Montag, den 7. April.

Vormittags

9—10½ **Prima:** Plato. Dr. Eysell.
Mathematik. Dr. Klippert.

10½—11 **Ober-Secunda:** Cicero. Dr. Deichmann.
Französisch. Pfr. Wiegand.

Nachmittags

2—3½ **Unter-Secunda:** Cicero. Dr. Wiskemann.
Mathematik. GL. Heermann.

3½—5	**Ober-Tertia:**	Cäsar. Dr. Ritz.
		Geschichte. Dr. Dieterich.

Dienstag, den 8. April.

Vormittags

8—9½	**Unter-Tertia:**	Cäsar.	GL. Berlit.
		Xenophon.	GL. Steiger.
9½—11	**Quarta:**	Lhomond.	GL. Römheld.
		Französisch.	Pfr. Wiegand.
11—12	**Quinta:**	Lateinisch. Deutsch.	GL. Steiger.
12—1	**Sexta:**	Lateinisch. Deutsch.	GL. Bender.

Nachmittags

3—4 Entlassung der Abiturienten. Bekanntmachung der Versetzungen und Austheilung der Zeugnisse.

Zur Theilnahme an diesen Schulfeierlichkeiten lade ich sowohl die Eltern und Angehörigen unserer Zöglinge als alle Freunde höherer Schulbildung im Namen des Lehrer-Collegiums ergebenst ein.

Das neue Schuljahr nimmt am 23. April seinen Anfang. Eltern, welche ihre Kinder der durch Errichtung der Sexta vervollständigten Anstalt anvertrauen wollen, haben die Tauf- und Impfscheine sowie die Zeugnisse derselben bis spätestens zum 20. April mir entweder persönlich oder durch die Post zuzustellen. Das Examen der Angemeldeten findet den 23. April von Morgens 8 Uhr an statt.

Hersfeld, den 4. April 1873.

Der Director des Königlichen Gymnasiums

Dr. H. Fr. Eysell.

4

DE ALEXANDRI MAGNI VITAE TEMPORE

DISSERTATIO HISTORICA
QVAM AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AVCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM
ORDINIS IN VNIVERSITATE FRIDERICIA GVILELMIA
RHENANA RITE IMPETRANDOS SCRIPSIT ET VNA
CVM SENTENTIIS CONTROVERSIS DIE XXX MENSIS
NOVEMBRIS MDCCCLXXXIX HORA XII
PVBLICE DEFENDET

RVDOLF SCHRADER
BIELEFELDENSIS

ADVERSARII ERVNT

LVDWIG RADEMACHER
RICHARD JAHNKE
GOTTHILF AMMER

BONNAE
TYPIS CAROLI GEORGI VNIV. TYPOGR.
MDCCCLXXXIX

D · M · S

PATRI OPTIMO

Alexandri Magni de vitae tempore nostro saeculo uberius disputaverunt Idelerus et Droysenus, qui quo eventu quaque ratione rem tractaverint breviter perlustremus. uterque enim vir doctus mortis diem indagare potissimum studuit. atque Idelerus, quo tempore e vita egressus esset Alexander, peculiari disquisitione investigavit. cum enim diu cuinam anno[1]) regis exitum tribuerent viri docti ambigerent, egregia commentatione „Über das Todesjahr Alexanders des Grossen" inscripta[2]) Alexandrum mortuum esse anno 323 a. Chr. n. optime demonstravit. diem, quo ex vita excessit rex ut exploraret, hanc ingressus est viam. vicesimo octavo die mensis quem Macedones Daesium vocant mortem obiisse regem ephemerides testantur regiae ab Eumene Cardiano atque Diodoto Erythraeo compositae, ultimo diei eiusdem mensis exitum ascribit Aristobulus[4]) Cassandreus, Alexandri temporibus aequalis. quae cum ita essent, Idelerus Daesii mensis situm investigare conatus fastos Macedonicos comparavit cum Atheniensibus, quos

1) Aestate anni 324 diem supremum obiisse regem cum multi chronologi putaverunt tum Petavius, quorum sententiam gravissimis explodit Idelerus argumentis. qua de re quoniam satis copiose disputavit, supervacaneum videtur eius dicta repetere.

2) Abhdl. d. Berliner Akademie 1820/21 461.

3) Plut. vit. Alex. 76.

4) Ibid. 75.

ad artificiosum Metonis et Callippi restituerat canonem. ita autem respondisse menses mensibus putat:

Hecatombaeon	Lous
Metageitnion	Gorpiaeus
Boedromion	Hyperberetaeus
Pyanepsion	Dius
Maimacterion	Apellaeus
Poseideon	Audynaeus
Gamelion	Peritius
Anthesterion	Dystrus
Elaphebolion	Xanthicus
Munychion	Artemisius
Thargelion	Daesius
Scirophorion	Panemus.

Hoc consensu inductus Alexandrum Magnum diem supremum obiisse Iun. 11 vel 13 anni 323 computavit. diem natalem accuratiore quaestione dignum non habuit.

Tota autem Ideleri disputatio eo labefactatur quod nostra aetate Metonis illa et Callippi parapegmata, quae restituit Idelerus, ad annum civilem Atheniensium conformandum pertinuisse minime constat. nec magis de Macedonicorum fastorum natura certi quidquam exploratum est; qua enim ratione usi sint intercalandi, quomodo menses ad lunae solisque cursus Alexandri temporibus redegerint plane ignoramus. quae cum ita sint, in ephemeridum regiarum Aristobulique auctoritate non acquiescendum sed rerum gestarum quae exhibent scriptores testimonia auxilio vocanda esse apparet.

Droysenus vero iis quae de Alexandri die supremo tradita sunt collectis dissertatione „Die Chronologie des Todes Alexanders“ inscripta[1]) ad finem non perduxit

1) Gesch. Alex. des Gr. II 343—352.

quaestionem. collocat enim exitum regis in mensibus Aprili, Maio, Iunio anni 323 nec diem natalem definivit. at multo accuratius posse circumscribi regis aetatem existimo. quibus commovear causis, ut multis, quae de hac re egit vir doctus, non consentiam, ipso huius dissertationis cursu patebit.

Optime Ungerus[1]) ponendam esse Alexandri mortem in Iun. 13 anni 323 demonstravit Pseudo-Callisthenis qui dicitur testimonio[2]) nisus.

Cum autem breviter rem tetigerit, haud scio an operae pretium sit, denuo inquirere quibus diebus[3]) rex et natus et mortuus sit patrique successerit.

Atque proficiscendum nobis erit ab Aristobuli Cassandrei qui fuit regis temporibus aequalis testimonio. is enim (apud Arrianum VII 28, 1) haec tradidit: ἐβίω δὲ (sc. Ἀλέξανδρος) δύο καὶ τριάκοντα ἔτη καὶ τοῦ τρίτου μῆνας ἐπέλαβεν ὀκτώ, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος· ἐβασίλευσε δὲ δώδεκα ἔτη καὶ τοὺς ὀκτὼ τούτους μῆνας. his ex verbis primordia regni Alexandri in eodem mense, quo ortus sit rex, obitum octo mensibus post esse constituendum plane apparet. Arrianus cum repetat: καὶ τοὺς ὀκτὼ τούτους μῆνας vere prodidisse Aristobulum annorum et mensium, quos vidit Alexander numerum affirmat; quod minime neglegendum esse existimo. cum summam esse Aristobuli auctoritatem inter omnes constet, de aliorum scriptorum discrepantia infra disputabitur.

Quae postquam in universum praemisi, nunc quo-

---

1) Phil. XXXIX, 492, in dissertatione quae inscribitur: „Der attische Schaltkreis“.

2) III 35.

3) Natum anno 356, mortuum anno 323 esse regem Ideleri quam supra dixi dissertatione „Über das Todesjahr Alexanders des Grossen“ certe probatum est.

modo rem mihi tractandam et disponendam esse putaverim paucis exponam. atque ita quidem hanc disputationem institui, ut dissererem: I de Alexandri die natali, II de initio regni, III de exitu, IV de regis aetate, V de Pseudo-Callisthenis testimonio, VI de aliorum scriptorum argumentis.

I. De Alexandri die natali.

Natum esse Alexandrum haud multo post ludos Olympicos auctor est Plutarchus. duobus enim locis eodem fere tempore ad Philippum capta Potidaea tres pervenisse nuntios optatissimos scribit; primum ipsius quadrigas vicisse Olympiae, deinde Parmenionem imperatorem superavisse Dardanos (Illyrios), tertium Olympiadem uxorem peperisse filium (vita Alex. 3: Φιλίππῳ δὲ ἄρτι Ποτίδαιαν ᾑρηκότι τρεῖς ἧκον ἀγγελίαι κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον. consol. ad Ap. 6: . . . τριῶν αὐτῷ (Φιλίππῳ) προςαγγελθέντων εὐτυχημάτων ὑφ' ἕνα χρόνον). idem fere exhibet Iustinus (XII 16, 3): eadem quoque die (sc. qua natus est Alexander) nuntium pater eius duarum victoriarum accepit; alterius belli Illyrici; alterius certaminis Olympici, in quod quadrigarum currus miserat, quod omen universarum terrarum victoriam infanti portendebat. fidem esse abrogandam huic Plutarchi et Iustini testimonio non recte opinor censuit Droysenus; quo melius res perspiciatur, ipsius verba afferre liceat (Gesch. Alex. d. Gr. II 347): „Noch übler ist Plutarchs Capitel über die Geburt Alexanders; freilich vermögen wir nicht mehr nachzuweisen, dass der Tempel in Ephesus nicht an dem Tage der Geburt Alexanders abgebrannt sei[1]); aber die drei glücklichen

1) Plut. vita Alex. 3.

Botschaften, die Philipp, als er Poteidaia belagerte, erhalten haben soll κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον sind doch sehr sonderbar, wenn Alexander am 6. Hekatombaion geboren sein sollte; denn die Olympien wurden gegen Vollmond dieses Monats gefeiert (Ideler, Über das Todesjahr S. 264) und die Nachricht von Olympia brauchte gewiss acht oder mehr Tage, ehe sie nach Poteidaia kam, während der Bote, der von Pella kam, die Geburt eines Sohnes zu melden, gewiss in zwei oder drei Tagen, am 8. oder 9. Hekatombaion, in Poteidaia sein konnte. Man wird diesen Synchronismus so wenig wie den mit dem Tempel in Ephesus für mehr halten, als die zahlreichen ähnlichen, die aus dem Altertum überliefert sind."

His vero Droyseni argumentis nullo modo convincor. perperam eum collocavisse ludos Olympicos infra apparebit, sed ut de ea re dicere supersedeam, non perspicio cur Plutarchi verba in dubium devocemus. ut nonnulli[1]) dies inter singulos nuntios interfuerint, quidni eos κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον venisse ad Philippum Plutarchus dicere potuit? quod quidem narrat Iustinus eadem die regem de duabus victoriis atque de nato filio certiorem esse factum parum fidei mereri videtur; minime autem mirum si vox „κατὰ τὸν αυτὸν χρόνον" in vocem „eadem die" sit mutata: cum autem in lucem editum esse Alexandrum non multo post ludos Olympicos pro certo habemus, iam quibus diebus anno 356 ludi sint celebrati exploremus.

Ludos Olympicos primo plenilunio post solstitium aestivum esse actos cum huc usque viri docti pro certo haberent, nuper aliter docuit Nissenus[2]). is enim ex duo-

1) Quindecim supra posuit Droysenus.

2) Mus. Rhen. XL in dissertatione „Über Tempelorientirung" inscripta 329—370.

bus quae Pindari carminibus annotata sunt scholiis certam constituit legem: „Olympiades pari numero numeratas incipere cum plenilunio mensis Septembris, impari cum plenilunio Augusti.“ binae igitur Olympiades contractae sunt in unam periodum nonaginta novem menses lunares continentem, quam octaeterida appellasse Graecos pernotum est. cyclus ille astronomicus, quo nitebantur Olympiadum tempora, cum non restricte esset accommodatus ad coeli motus, non sine vitio fuit; quamobrem illam de exquirendis Olympiadibus legem absolute non valere ipse dixit Nissenus; sed tamen iis quae in illa dissertatione allata sunt exemplis adeo firmatam eam existimo, ut in investigandis Alexandri temporibus sine ulla dubitatione uti ea possimus.

Anno 356, quo natum esse Alexandrum inter omnes constat, Olympias inchoata est centesima sexta, cuius igitur initium, cum pari numerata sit numero, plenilunio mensis Septembris esse tribuendum ex illa quam proxime commemoravi lege apparet. luna tunc plena fuit Septembr. 26 octava hora vespertina[1]), itaque cum brevi post ludos Olympicos collocavissent regis ortum Plutarchus et Iustinus, in lucem editum esse Alexandrum mense Octobri necessarie demonstratum est. — Certioribus describi potest finibus dies regis natalis. Hegesias enim Magnes, extremis Ptolemaei Lagi et primis Philadelphi temporibus aequalis, mensem quo lucem aspexit Alexander his ascripsit verbis (Plut. v. Al. 3): ἐγεννήθη δ' οὖν Ἀλέξανδρος ἱσταμένου μηνὸς Ἑκατομβαιῶνος, ὃν Μακεδόνες Λῷον καλοῦσιν, ἕκτῃ, καθ' ἣν ἡμέραν ὁ τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος ἐνεπρήσθη νεώς. ᾧ Ἡγησίας ὁ Μάγνης ἐπιπε-

1) Quod insigni benevolentia computavit Schoenfeld astronomus praeclarissimus.

φώνηκεν ἐπιφώνημα κατασβέσαι τὴν πυρκαϊὰν ἐκείνην ὑπὸ ψυχρίας δυνάμενον· εἰκότως γὰρ ἔφη καταφλεχθῆναι τὸν νεὼν τῆς Ἀρτέμιδος ἀσχολουμένης περὶ τὴν Ἀλεξάνδρου μαίωσιν.

Ex iis, quae de ortu supra invenimus, erravisse Plutarchum temporibus in afferendo Hecatombaeone facile intellegitur. quamvis enim Atheniensium mensium situs adhuc sit dubius, in mensem tamen Octobrem incidere nunquam potuisse sextum diem Hecatombaeonis pro certo habendum est. quocirca refutandum puto mensem Atheniensem. ' Droysenus, cum mortuum esse Alexandrum Daesio, vixisse annos triginta duos et menses octo sine dubio ephemeridum regiarum et Aristobuli illo testimonio eluceat, Macedonicum etiam mensem vitiose appellatum esse a Plutarcho illo loco arbitratus non Loo, sed Dio ortum Alexandri tribuit (Gesch. Alex. d. Gr. II 349). huic autem sententiae ne adstipuler hisce prohibeor causis. comparatur Lous cum mense Boedromione in epistola illa Philippi regis in Demosthenis oratione pro corona recitata, ubi dicitur (§ 157): τοῦ ἐνεστῶτος μηνὸς Λώου, ὡς ἡμεῖς ἄγομεν, ὡς δὲ Ἀθηναῖοι Βοηδρομιῶνος, ὡς δὲ Κορίνθιοι Πανέμου. quamvis hanc epistolam suppositam esse inter omnes constet, tamen illa, quae scripta sunt de mensibus esse omnino reicienda — id quod vult Droysenus — minime concedo. non semper quidem Boedromioni Lous respondit, tabula illa Ideleri (pg. 6) qua comparantur menses Macedonici cum Atheniensibus satis firmata est. Macedonum autem fastos illis temporibus non ita fixe fuisse dispositos, mensium ordinem ex arbitrio a regibus saepius mutatum esse testis producitur Plutarchus (v. A. 16; 25).

Quamobrem, cum incidere potuisse sextum diem Loi in mensem Octobrem Philippi epistola certe sit comprobatum, Hegesiae Magnetis testimonium non

sine necessitate contemnendum, a Plutarcho ipso mensem Macedonicum, quem scriptum invenit apud Hegesiam, comparatum esse cum Hecatombaeone existimo. quod quidem Droysenus non Loum sed Dium vindicat Alexandro natalem, parum manifestam esse Macedonicorum fastorum naturam, ut ex illis Aristobuli, quibus tribuit aetati triginta duos annos, menses octo Dio in vitam venisse regem concludi posset facile quivis concedet. — Sextus dies Loi anni 356 sive dies natalis Alexandri cuinam respondeat diei Romano iam perscrutemur. —

Anni apud Macedones ordinandi rationem quamvis penitus non pernoscamus, tamen temporis calculum subductum esse ad lunae cursus sine ulla dubitatione dici potest (Ideler, Handb. der Chronologie I 395). quamobrem in terminandis mensibus novarum lunarum, a quibus mensium Macedonicorum initia non multum discrepare potuerunt, rationem habere commodum erit. — His expositis, Loum anni 356, cum brevi post ludos Olympicos sit collocandus, inchoatum esse illo die, quo novae lunae circulus denuo coelo apparuit post plenilunium Septembris pro certo habendum est. quales tunc fuerint lunae modi benigne numeris persecutus est Schoenfeld. is enim ita: 356 sind wahre Neumonde eingetreten Sept. 11 jul. Datums 10 Uhr Abends macedon. Zeit und Oktober 11 jul. Datums 2 Uhr Nachmittags. Bei beiden ist die Sichtbarkeit der Sichel nach dem Neumond nicht sonderlich günstig, denn der Mond entfernt sich nur langsam von der Sonne und geht nach Süden. Es ist also im September nicht möglich gewesen, die Mondsichel vor Sept. 13 Abends zu sehen. Dagegen wird es zur Not Oktober 12 möglich gewesen sein, viel wahrscheinlicher aber ist Oktober 13. quae cum ita sint, si quidem Philippi temporibus accurate

congruebant Macedonum menses cum lunae revolutionibus, Octob. 13 attribuendum est initium Loi, sextus igitur dies huius mensis fuit Octob. 19 ubi astronomica ratione fretus in lucem esse editum Alexandrum contendo.

Inter ludos Olympicos, qui finiti sunt exeunte Septembri et Octob. 19 regis diem natalem quamquam praeterfluxerunt circa viginti dies, minime tamen redarguitur illud Plutarchi et Iustini testimonium, quo venisse eodem fere tempore ad patrem Alexandri tres nuntios iucundos narraverunt; nam cum iter longissimum ab Olympia ad Potidaeam[1]), ubi tunc erat Philippus, nuntio esset conficiendum non minus octo dies consumi oportebat unde haud multo antequam comperiret Alexandrum natum de victoria in ludis Olympicis reportata fieri potuisse certiorem regem consentaneum est.

II. De initio regni.

Regnare coepit Alexander anno aetatis suae vicesimo finito. qua de re Plutarchus (v. Al. 11): παρέλαβε μὲν οὖν ἔτη γεγονὼς εἴκοσι τὴν βασιλείαν. Arrianus (I 1): εἶναι δὲ τότε ἀμφὶ τὰ εἴκοσιν ἔτη. ex his atque illis quae de regis aetate exhibuit Aristobulus, eodem mense, quo natus est, regnum occupavisse Alexandrum concluditur; quamobrem interfectum Philippum, filium regem factum mense Octobri anni 336 persuasum habeo. — Veteres scriptores huius rei neque diem neque mensem assignaverunt nisi Eratosthenes[2]), qui primo anno Olympiadis centesimae undecimae tribuit Philippi regis occisionem.

---

1) Intersunt enim inter Olympiam et Potidaeam plus septuaginta miliaria germanica.

2) Clem. Astrom. I p. 336. v. Clintonis fast. Hellen. 162.

ludos Olympicos anni 336 celebratos esse circa plenilunium mensis Augusti ex Nisseni illa de constituendis Olympiadum initiis lege perspicuum est, post hoc[1]) igitur temporis vestigium regnum iniit Alexander.

Octobri mensi primordia esse attribuenda his colligitur argumentis, in quae quamvis iam ab Idelero et Droyseno sint tractata denuo inquirere non supervacaneum videtur. scripsit enim Arrianus, solvisse naves Nearchum, praefectum classis Macedonicae, cum spirare desiissent etesiae ad Indi fluvii ostia vicesimo die mensis Boedromionis undecimo ex quo regnaret Alexander anno (Ind. 21): τότε δὴ ὥρμηντο ἐπ' ἄρχοντος Ἀθήνησι Κηφισοδώρου, εἰκάδι τοῦ Βοηδρομιῶνος μηνός, κατότι Ἀθηναῖοι ἄγουσιν, ὡς δὲ οἱ Μακεδόνες τε καὶ Ἀσιανοὶ ἦγον .... τὸ ἑνδέκατον βασιλεύοντος Ἀλεξάνδρου. perverse hoc loco Cephisodorum archontem esse nominatum ab Arriano, post vocem: „ὡς δὲ οἱ Μακεδόνες τε καὶ Ἀσιανοὶ ἦγον" diem Macedonice notatum intercidisse ostendit Droysenus (Gesch. Alex. d. Gr. II 350). —

Ex his Arriani, cum quo in die Iuliano sit ponendus vicesimus Boedromionis non constet, nihil certi esset cognoscendum, nisi Nearchus ipse significaret accuratissime tempus, quo navigationem illam incepit observatione caelesti. a Strabone traditum est (XV 721): καὶ δή καί φησιν ὁ Νέαρχος, ἤδη τοῦ βασιλέως τελοῦντος τὴν ὁδὸν, αὐτὸς μετοπώρου κατὰ Πλειάδος ἐπιτολὴν ἑσπερίαν ἄρξας τοῦ πλοῦ, μήπω μὲν τῶν πνευμάτων οἰκείων ὄντων, τῶν δὲ βαρβάρων ἐπιχειρούντων · αὐτοῖς καὶ ἐξελαυνόντων καταθαῤῥῆσαι γὰρ ἀπελθόντος τοῦ βασιλέως καὶ ἐλευθεριάσαι. —

Idelerus, quem secutus est Droysenus, cum comparet vicesimum diem Boedromionis cum Septemb. 21

---

1) Plenilunium fuisse Aug. 22 ex libro Fleischhaueri, „Calender-compendium der christlichen Zeitrechnung" inscripto computavi.

anni 325 perperam ascripsisse illius navigationis initium Arrianum putavit; eo enim die, sicut ipse dixisset Arrianus, ineptum esse propter etesias mare ad navigandum. nostris autem temporibus Metonis canonem illum, quo usus est Idelerus ad redigendum vicesimum diem Boedromionis, in conformando anno civili ab Atheniensibus adhibitum esse negatur.

De etesiis maris Erythraei haec commemoranda puto. spirant ibi etesiae aestate ab Oceano ex austro exsurgentes, quos nos „S. W.-Monsune“ appellamus. qui auctumno flare desinunt et mutantur in ventos a septentrione orientes (nos: „N. O.-Monsune“). de hac ventorum mutatione ita legimus apud Hann, Handb. d. Klimatologie 280. 282: Der Übergang der Monsune fällt grösstenteils in die Monate April und Oktober. Die Seeleute nennen den Übergang von einem Monsun zum andern das Kentern des Monsuns. Veränderliche Winde, böiges Wetter, gelegentlich auch grosse Wirbelstürme charakterisieren dasselbe . . . Der N. E.-Monsun setzt im Arabischen Meer Ende Oktober ein und weht während seiner ganzen Dauer mit grosser Regelmässigkeit.“ classe Nearchus profectus est cum nondum apti venti spirarent (τῶν πνευμάτων μήπω οἰκείων ὄντων). quamobrem expeditionem esse coeptam ante finem mensis Octobris iis diebus, quibus mutantur etesiae mihi quidem verisimile videtur.

Vespertinus exortus Vergiliarum anni 325 in undecimum Alexandri regni annum incidit. quem ad maris Erythraei litus, ubi tunc erat Nearchus, factum esse Oct. 12 computavit Foersterus[1]); hic igitur dies tribuendus est

1) Quod reperitur in annotatione apud Droysenum, Gesch. Al. d. Gr. II 350.

undecimo Alexandri imperii anno. at Droysenus nescio qua causa ductus non illum diem, quo factus est Vergiliarum exortus designasse Nearchum coniecit, sed Septemb. 30, in quo omnibus Graecis illum Pleiadum ortum ponere consuetudo fuisset. minime autem Nearchum, praefectum classis, quem caeli siderumque peritum fuisse patet, cum litteris mandaret observationes caelestes, popularem Graecorum usum, non stellarum cursus esse secutum mihi quidem probabile est. diem a Foerstero repertum accipio. itaque cum Octob. 12 anni 325 nondum esset finitus undecimus ex quo regnaret Alexander annus, non ante eundem diem anni 336 Philippo patri successit. nec multo post; in vitam enim ingressum Octob. 19 anni 356 Alexandrum, regnum adeptum esse viginti annis post supra exploravimus. — Omnia quae reperta sunt de die natali ad ea, quae afferunt Arrianus et Nearchus de regni initio optime congruunt. nec minus illa de eruendis Olympiadibus lex Alexandri valuerit temporibus secundum ea quae disputavimus oportet. nam cum brevi post ludos Olympicos Plutarchi et Iustini, non ante Octob. 12 Arriani et Nearchi testimoniis regem natum esse sit confirmatum, initium centesimae sextae Olympiadis plenilunio mensis Septembris anni 356 necessarie esse tribuendum nemo non concedet.

III. De exitu.

Exitus tempus ut cognoscatur respiciendum est illud Aristobuli, quo regem vixisse annos triginta duos, regnasse duodecim annos et hos octo menses testatur. etenim cum octo mensibus post Octobrem sit collocandus obitus, Iunio mortuum esse Alexandrum facile computatur. Diaria, quorum apud Plutarchum inveniuntur fragmenta

quomodo morbus, quo rex consumptus est, paulatim increverit ordine narrant. diem supremum ita notant: (Plut. v. A. 76) τῇ δὲ τρίτῃ φθίνοντος (μηνὸς Δαισίου) πρὸς δείλην ἀπέθανε. Arrianus vero qui etiam ephemerides ad verbum descriptas servavit (VII 25. 26), quamvis uberius rem explicuerit, diem Macedonum more notare neglexit.

Ab Aristobulo postremum Daesii mensis diem esse exhibitum testis est Plutarchus (v. A. 75): Ἀριστόβουλος δέ φησιν αὐτὸν πυρέττοντα μανικῶς διψήσαντα δὲ σφόδρα πιεῖν οἶνον. ἐκ τούτου δὲ φρενιτιᾶσαι καὶ τελευτῆσαι τριακάδι Δαισίου μηνός. quomodo factum esset, ut non eundem diem appellarent ephemerides et Aristobulus, declarare conatus est Ungerus (Phil. XXXIX 491). scripsit de eadem re Bilfinger (Der bürgerliche Tag 29) quorum infra recensebo sententias. — Age nunc iam vicesimus octavus vel tricesimus dies Daesii eadem qua supra sextus Loi computatus est ratione circumscribantur, qui si quidem illo tempore nullus erat dissensus mensium Macedonicorum ac lunae revolutionum, collocandi sunt tribus vel uno diebus antequam nova apparuit luna mense Iunio anni 323. coniuncta fuit illo anno luna soli Iun. 11, secunda hora matutina. uno vel duobus diebus post lunae orbis denuo potest conspici[1]). itaque in Iun. 13 vel 14 incidisse initium Panemi, qui sequitur Daesium[2]), manifestum est, unde situs diei supremi

1) Haec computavit benigne Schoenfeld: 323 v. Chr. wahrer Neumond: Juni 11, 2 Uhr Morgens babylon. Zeit. Die Mondsichel kann also frühstens Juni 12, am Abend, sichtbar gewesen sein.

2) Quamvis haberent Macedones Alexandri temporibus annum vagum et imperfectum, tamen de Daesii situ haec dicere supervacaneum non videtur. exeunte mense Aprili anni 334 transiisse regem in Asiam recte computavisse Droysenum mihi veri simile est (G. A. d. Gr. 356)

Alexandri, quem afferunt ephemerides atque Aristobulus facillime investigatur.

Quae cum e natura fastorum Macedonicorum intellexerimus, age nunc, quid reperiatur apud veteres scriptores de regis exitu perlustremus. — Nomen Romanum mensi supremo Alexandri exhibet Iustinus. dicit enim ita (XII 16, 1): decessit Alexander mense Iunio annos tres et triginta natus. quod quamvis non discrepet a nostro quem supra reperimus mense, tamen non sine dubitatione accipio. quam enim rationem sit secutus scriptor in comparandis fastis Macedonum cum Romanis iam non potest perspici.

Ex his igitur de quibus adhuc disputavimus locis cum nondum ad finem sit perducta quaestio, alio tamen argumento dies quo spiritum efflavit rex, sine dubio definitur. in libro enim illo fabuloso de Alexandri vita et rebus gestis composito, qui non recte attribuitur Callistheni, nonnulla inveniuntur de regis vitae tempore, quae minime aspernanda esse existimo. enumeratur capite tricesimo quinto libri tertii quot annos vixerit et regnaverit Alexander, quot vicerit nationes Graecorum et barbarorum, quot condiderit urbes. his rebus expositis adiungitur quibus diebus natus sit rex et obierit.

De hoc loco nondum accurate est tractatum; Ungerum eius breviter mentionem fecisse supra commemoravi. videamus igitur quid exhibeant codices Pseudo-Callisthenis paululum inter se discrepantes.

---

quod si recte monuit, situm Daesii illustrari posse existimo, nam rex pugna ad Granicum superavit Persas illo mense (Plut. v. Al. 16). quod brevi postquam transiit factum esse testes sunt Arrianus (I 12) et Diodorus (XVII 17) novilunium tunc fuit Mai 14, circa illum igitur diem initium Daesii esse ponendum mihi quidem persuasum habeo. sed non satis fixe fuerunt menses dispositi, ut certum aliquid hac ex re posset concludi.

Antiquissimus et fide dignissimus codex A Parisinus[1]) his finitur verbis: ἐγεννήθη μὲν οὖν Ἀλέξανδρος Τυβίου τῇ νεομηνίᾳ ἀνατολῆς οὔσης· ἐτελεύτησε δὲ Φαρμοῦθι τετράδι δυσία .... postrema desiderantur. codices LBC rem ita referunt: ἐγεννήθη μὲν ὁ Ἀλέξανδρος μηνὸς Ἰαννουαρίου νεομηνίᾳ ἀνατολῆς οὔσης τοῦ ἡλίου. ἐτελεύτησε δὲ μηνὸς Ἀπριλλίου νεομηνίᾳ δύσεως οὔσης τοῦ ἡλίου καὶ ἐκάλησαν τὴν ἡμέραν τῆς τελευτῆς αὐτοῦ νεομηνίαν, διὰ τὸν Ἀλέξανδρον νέον τετελευτηκέναι. Iulius Valerius, qui in linguam Latinam transvertit narrationem Pseudo-Callisthenis, nihil de ortus et obitus commemorat tempore.

Atque primum quidem, ut a facillimis proficiscamur, unde sint repetiti menses Romani Ianuarius et Aprilis, quos exhibent codices LBC, explicemus. hos vero menses esse substitutos a scriba quodam indocto pro Tybi et Pharmuthi Aegyptiis luce clarius est. in Aegyptiorum enim anno solari fixo Tybi mensis ducebatur a Decembr. 27 ad Ianuar. 27, Pharmuthi a Mart. 27 ad April 27[2]). itaque hic respondebat Aprili, ille Ianuario, sicut legimus in scholiis Arati 264: τοῦ Φαρμοῦθι μηνὸς ὅς ἐστι παρὰ Ῥωμαίοις Ἀπρίλλιος, ὅτε καὶ τοῦ θερίζειν ὁ καιρὸς παρ' Αἰγυπτίοις. apud Suidam: Φαρμοῦθι παρ' Αἰγυπτίοις ὁ κατὰ Ῥωμαίους Ἀπρίλλιος. de Tybi ita scriptum inveni (schol. Arat. 39): λέγει δὲ τὸν Τυβὶ ὅς ἐστιν κατὰ Ῥωμαίους Ἰαννουάριος. τότε γὰρ σφοδρός ἐστιν ὁ χειμών.

Cum regem neque mense Ianuario natum neque Aprili diem supremum obiisse ex iis, quae hac dispu-

---

1) Scripsit de codicibus Zacher in libro: „Pseudo-Callisthenes" inscripto.

2) Ideler, Handb. d. Chronologie I 143.

tatione sunt reperta sine dubio perspiciatur, ubi sint collocandi primus dies mensis Tybi, quartus Pharmuthi anni 356 et 323 secundum fastos Aegyptiorum solares vagos, qui certe redigi possunt ad Iulianos, exploremus. respondisse illum Mart. 21 a. 356, hunc Iun. 13 a. 323 facile computatur. ex arbitrio ortum esse positum in Mart. 21. quinta huius dissertationis paragrapho ostendam, exitus vero tempus ad voluntatem confundere auctori non licebat. dies enim, quo vita erat defunctus Alexander, multa per saecula celebrabatur Alexandriae, cuius rei testis est ipse Pseudo-Callisthenes, cum apud Iulium Valerium in libro translato legatur (III 35): obitus autem diem etiam nunc Alexandriae sacratissimum habent.

Quas celebrationes esse institutas iussu Ptolemaei, imperatoris Alexandri, Aegyptorum regis, qui ipse paucis annis post exitum regis Macedonici transtulit corpus Alexandriam atqui ibi splendidissime condidit, quamquam nullo affirmatum habemus veterum scriptorum argumento, tamen facile ut credam commoveor. item ab eodem Ptolemaeo quartum mensis Pharmuthi diem, quem ascriptum esse morti Alexandri a Pseudo-Callisthene supra invenimus, ad historiae fidem esse traditum haud scio an veri simile esse videatur. quod utut est, ignotum fuisse tempus, quo ex vita egressus est Alexander, in urbe, quae ab ipso rege erat aedificata, ubi corpus iacebat sepultum neque ulla oblivione delebatur memoria, minime persuaderi mihi potest. quae cum ita sint, Iun. 13 anni 323, animam edidisse Alexandrum certissimo hoc testimonio esse comprobatum existimo.

Ad hanc opinionem alio quoque adducor argumento. Pseudo-Callisthenis codices LBC cum scribant de exitu et aetate Alexandri haec adiciunt, quae iam

supra citavimus: ἐτελεύτησε δὲ μηνὸς Ἀπριλλίου νεομηνίᾳ, δύσεως οὔσης τοῦ ἡλίου καὶ ἐκάλησαν τὴν ἡμέραν τῆς τελευτῆς αὐτοῦ νεομηνίαν[1]) διὰ τὸν Ἀλέξανδρον νέον τετελευτηκέναι[2]).

His ex verbis regem diem supremum obiisse cum esset νεομηνία cognoscitur. veteres appellabant νεομηνίαν eum diem quo novae lunae circulus denuo potest conspici, sicut scripsit astronomus Geminus (isag. 5): ἐν ᾗ μὲν οὖν ἡμέρᾳ νέα ἡ σελήνη φαίνεται κατὰ συναλοιφὴν νεομηνία προσηγορεύθη. quae cum ita sint optimo iure Iun. 13 anni 323 a veteribus significari potuisse voce: „νεομηνία" ex illis, quae Schoenfeldum computasse supra scripsimus satis dilucide demonstratur. ut igitur quae de regis exitu sunt reperta paucis complectar, Pseudo-Callisthenis testimonio ita stabilito nulla interposita dubitatione mortem Alexandri nobis esse collocandam in Iun. 13 anni 323 persuasum habeo.

His expositis, non ita bene tunc esse accommodatos ad coelestes motus Macedonicorum fastorum menses intellegitur; nam vicesimo octavo die Daesii e vita migravisse Alexandrum ephemerides, quarum de fide dubitare non licet, tradiderunt, unde, ut duobus vel tribus diebus menses discrepuerint a lunae revolutionibus efficitur. Aristobulus tricesimum diem Daesii ascripsit; restat, ut quid de hac discrepantia censuerint viri docti exponam.

Ephemerides fide dignissimas et Aristobulum probatissimum Alexandri rerum gestarum scriptorem in describenda regis morte inter se differre non duobus

1) „νεομαχίαν" scribunt codices BC, quam vocem a scriba rudi esse corruptam ex „νεομηνίαν" clarissimum est.

2) codex A hoc loco interrumpitur.

diebus sed ne paucis quidem horis argute explanare conatus est Ungerus (Phil. XXXIX 491). cuius ratiocinationis summa haec fere est. Daesium anni 323 mensem fuisse cavum, itaque voce τριακάδι Aristobulum significavisse non tricesimum, sed vicesimum nonum diem huius mensis. Macedonibus tunc fuisse usum, ut inciperent diem civilem ab exortu solis, quamobrem, cum sub vesperum[1]) e vita profectus esset Alexander, medio in die civili Macedonum, initio diei Graecorum more observati regis mortem scriptoribus notandam fuisse.

Hanc Ungeri explicationem non probavit Bilfinger (Der bürgerliche Tag 29). dixit enim ibidem: Allein fürs erste ist die Sitte, in den hohlen 29tägigen Monaten die Benennung τριακάς auf den 29. überzutragen und die δευτέρα φθίνοντος ausfallen zu lassen für den macedonischen Kalender keineswegs bewiesen; 2. wissen wir nicht, ob jener Däsius, in welchem Alexander starb, ein hohler oder voller Monat war; 3. ist ja das Datum auch in der Angabe des Aristobul nach dem macedonischen Kalender ausgedrückt, sodass, selbst wenn Voraussetzung 1 und 2 zugegeben würden, die τριακὰς Δαισίου erst am andern Morgen angefangen hätte. Der Schluss Ungers wäre also nur dann berechtigt, wenn dem macedonischen Datum der Tagebücher ein echt griechisches des Aristobul gegenüber stände. Und schliesslich ist die δείλη nicht die Zeit der Dunkelheit, wo man über die Zugehörigkeit zum vorhergehenden oder folgenden Tag überhaupt zweifelhaft sein könnte, sondern die spätere Nachmittagszeit, wo im Monat Juni, in den der Todestag Alexanders fällt, die Sonne noch hoch genug am Himmel steht. hisce argumentis magnam

1) πρὸς δείλην habent diaria.

inesse vim nego. nam voce δείλη haud raro ἡ περὶ δύσιν ἡλίου significatur. cum autem Alexander diu semianimis iacuisset, de hora vel de horae parte qua extremum spiritum effuderit, variae in medium proferri poterant opiniones. toto die differre non poterant. quicumque in res gestas inquisierit, Aristobulum de mortis tempore prorsus errasse non credet. nec mirum ei videbitur quod homo Graecus Macedonum fastos secutus more Graeco dierum initia observaverit. sane traditum non est utrum Daesius cavus fuerit an plenus. cavum fuisse Aristobuli comprobat auctoritas. omnino ne longus sim, adversarius non Ungero sed Aristobulo causam intulit, aequi iudices reum facile absolvent, Ungerum optime perorasse censebunt.

IV. De regis aetate.

Alexandri aetas ut melius perspiciatur, varia veterum scriptorum testimonia in iudicium vocentur eorumque, quantum fieri potest, declarentur fontes. videamus igitur, quot anni et menses regi tributi sint. gravissimo illi Aristobuli argumento, quo attribuit regi triginta duos annos, menses octo, fidem esse addendam iis quae tota hac disputatione sunt composita testimoniis comprobatum est. Aristobulo vero obstare videntur Diodorus et Eusebius. dicit enim ille (XVII 117, 5): οὗτος μὲν οὖν τὸν προειρημένον τρόπον ἐτελεύτησε βασιλεύσας ἔτη δώδεκα καὶ μῆνας ἑπτά. per idem tempus regnum obtinuisse Alexandrum testis est Eusebius (chron. I 169 Schoene). nihili esse faciendum hoc Diodori argumentum ratus Droysenus de falsis numeris ita iudicavit (G. A. d. Gr. II 349): Der Autorität Aristo-

buls gegenüber hat es nichts zu bedeuten, wenn Diodor[1]) angiebt, Alexander habe zwölf Jahr sieben Monate regiert oder wenn Eusebius an andern Stellen andre Zahlen giebt; zwölf Jahr sechs Monate, zwölf Jahr drei Monate, zwölf Jahre. sed quamvis non consonent cum Aristobulo Diodorus et Eusebius, tamen, cum uno abhorreant mense non sine diligentia eos ad temporis rationem revocavisse Alexandri vitae tempus opinor. qua de re quo planius diiudicari possit, dierum atque mensium, quos vidit rex, numerum mathematicorum ratione computare commodum erit.

Natum esse Alexandrum a. 356 Octobr. 19 Hegesiae Magnetis testimonio et Nisseni de constituendis Olympiadum initiis lege, quod confirmatum est illis, quae dicta sunt de Nearchi navigatione, diem supremum obiisse Iun. 13 a. 323 illo quod invenitur apud Pseudo-Callisthenem argumento comprobari supra vidimus. vixisse igitur regem per 11924 dies apparet. his diebus 11924 continentur 403 menses lunares sive lunae cursus synodici[2]) et 23 fere dies. itaque cum periodus illa astronomica, quam octaeterida appellabant Graeci, constet ex nonaginta novem mensibus lunaribus, quattuor octaeterides, sive triginta duos annos, septem menses, viginti tres dies vidisse Alexandrum facile concluditur.

Hac subducta ratione et Aristobuli et Eusebii atque Diodori argumenta confirmantur; nam cum Alexander octavum mensem non complevisset, Diodorum et Eusebium eius rationem non habuisse, Aristobulum, cum pauci deessent dies, annumerasse mensem patet. ergo

1) Non hoc loco appellat Eusebium, qui Diodorum secutus est.

2) Lunae revolutionem synodicam fieri 29 diebus, 12 horis, 44′3″ nostri astronomi computaverunt; 11901 igitur diebus complentur 403 mensis lunares.

non minoris Diodori quam Aristobuli testimonium esse ducendum existimo.

